¶ Dicit autor q hec dictio ne plurib⁹ modis accipit. Primo causat. i. est cōiunctio causalis. Et aliqn̄ ꝓhibet. i. est aduerbiū ꝓhibendi. vt ne loquaris malum Et aliqn̄ disiungit. i. ponit diffinitiue ⁊ iuratiue. vt iubeo ⁊ adiuro te ne facias hec. Et aliqn̄ querit. i. ponit in oꝛone interrogatiue. vt hic. Est ne malus q me ledere sepe solet. Aliqn̄ ꝯfirmat. vt ego volo ne istud peccatū infringat. ¶ Et ne etiā significat idē qꝺ neqz. Un̄ Ouid. Ne mea sarmaticū cōtegat ossa solum ¶ Aliqn̄ ponit pro nedum. Et ne ponit pro neqz. Et ne solet significare id qꝺ non. i. solet poni loco nō. vt Claudianus de raptu ꝓserpine. Ne pote firmatas leges dissoluere pacis. ¶ Construe. Ista dictio ne causat. i. aliqn̄ est cōiunctio causalis. vel ponit in oratione causali. Et ne ꝓhibet id est/est aduerbiū prohibendi. vel ponit in oratione prohibitiua. Et ne disiungit. i. aliqn̄ est ꝯiūctio disiunctiua seu diffinitiua. Uel ꝑ ⁊. iurat. i. ponit in oꝛone iuratiua. querit. i. ponit in oꝛone questitiua. i. interrogatiua. Et tunc ne semꝑ corripit: ⁊ in aliis ꝓducit vt ibi. Est ne bonus qui se ne peccet seruat ab omni. Materia qua fit impius omnis amans. Et ne confirmat id est ponitur in oratione confirmatiua: etiaz ne est significans neqz. Et ne. i. nedum. quia ne solet significare non.

Oda ode. **Oda fit equiuoce cantus/via/laus hominūqz. Hinc ode/methodus/odisseas/synodusqz**

¶ Finita illa pte in qua autor tractauit de equiuocis incipientibus ab N. hic

tractat de equiuocis incipientibus ad O litteram. Et primo agit de equiuocatione istius dictiōis hec oda ode que habet tres significatiōes. Nam oda .i. cantus. ꝛ ptꝫ qꝛ liber vnus Horatij intitulatur in odis .i. cantibus. ¶ Item oda .i. via quasi via ex transuerso ducta: ꝛ hoc ꝓbatur, per istud nomen methodus qđ cōponitur a metha qđ est trans ꝛ oda qđ est via ex transuerso ducta. ¶ Et est methodus cōpendiosa vie directio ꝑ quā vitatur viarum obliquitas (anglice a pathe) Vñ dyaletica dicitur methodus: qꝛ ad oīm methadorum principia viam habet Sola enī dyaletica ꝓbabiliter disputat de principijs oīm artiū. Et est methodus di. feminini generis. ¶ Item odisseas probatur ꝙ oda sit via. Et est odisseas liber factus de errore vlixis / in via postꝙ̄ reuersus est de troia capta. Errauit enim per decenniū ꝛ multis tribulatiōibus fatigatus tandē ꝑuenit ad patriā ꝛ inde cōponitur vnus liber de errore. Vlixis intitulatur odisseas in quo cōtinentur ode .i. laudes vel vie Vlixis. ¶ Et synodus ꝓbat ꝙ oda est cantus. Nam synodus componitur de syn qđ est con. ꝛ oda qđ est cantus vel laudes. Et est synodus cōuentus vel cetus vel cōgregatio ꝓ̄sbyterorum: et ꝓprie senū ad collaudandum deū. Et est feminini generis ꝛ corripit penul. Unde qđam ait. Sepius a synodo redeūt burse sine nodo. ¶ Construe. hec dictio oda fit equiuoce .i. equa voce cantus / via / ꝛ laus hoīm. Hinc .i. de oda deriuatur ode odarum .i. cantus. Et methodus .i. via breuis ꝛ recta. odisseas .i. liber in quo cōtinentur ode scꝫ vlixis. qꝫ pro ꝛ: ꝛ synodus .i. congregatio clericorum.

Officium introitus / documentum / seruiciū quoqꝫ — Officium

¶ hic docet autor ꝙ hoc nomen officiū hꝫ tres significationes. Nam idem est qđ introitus misse. Vñ. Salue sancta parens dr̄ officiū virginis. Et officium .i. beneficiū vel benefactū: ꝛ est melior littera ꝙ̄ documentū. Itē officiū .i. seruitium vel ministeriū. Vñ Incūbit officio sacerdotali celebrare diuina. Et dr̄ officium de officio cis .i. noceo es. ꝑ cōtrariū: qꝛ nemini officit .i. nocet.

Est occasio casus / ꝛ est occasio causa — Occasio

¶ hic docet autor ꝙ occasio onis habet duas significationes. Nam occasio .i. casus vel fortuna (anglice a chaunce) Unde Catho. Fronte capillata post hec occasio calua. ¶ Et occasio .i. causa: vt ibi Occasionem querit qui vult recedere ab amico (anglice a occasion) ¶ Item preter hec occasio .i. facultas / copia / potestas / conditiō / tempus / locus.

Est nomen montis / est celi nomen olympus. — Olimpus

¶ Docet hic autor ꝙ olympus habet duas significationes. Primo est mons mire altitudinis in grecia. Unde Ouidius in metha. Tunc pater omīpos missū perfregit olympum. ꝛ hic instituit fieri sub virtute montis olympi. ¶ Olympus .i. supremū celū. Unde Virgilius in eneidos. Panditur interius domus omnipotentis olympi .i. supremi celi. et dr̄ ab olon qđ est totum. et lampas quasi totus ardens luce diuina ꝛ in amore dei.

Fixum nomen erit h si precesserit hortus. — Hortus
H si tollatur tūc fixum mobile fiet — Ortus

¶ Hic est equiuocatio in ista dictiōe ortus. Et est differētia f̄m istum autorem inter hortus scriptum p̄ h ⁊ ortus sine h. Tn̄ boni alij doctores volūt q̄ nunq̄ ortus scribat̄ cū h pro quacūq̄ significatione. Quapropter istos v̄sus ab autore nō estimo esse cōpositos sed ab aliquo insertos. Quicq̄d sit tn̄ v̄sū exponam. Dicit enī q̄ hortus cū h est nomē substantiuū (anglice a gardyn) Et ortus sine h est participiū de orior oriris vel oreris. ⁊ est idē q̄ natus ta. tū. Sed proculdubio ortus semp̄ scribit̄ sine h. ⁊ declinat̄ hic ortus ti. ⁊ dr̄ ab orior oriris vel eris: q̄z semp̄ ibi aliquid orıat̄ ⁊ nunq̄ est sine fructu. vnde hic ortulus li. diminutiuum. Unde Ouidius. Ortulus iste breuis mitia poma gerit. Et inde hic ortulio onis. hic ortulanus ni. ambo pro custode orti. anglice a gardyner.
¶ Item habetur pro ortus tus. tui. i. natiuitas vel prima surrectio alicui⁹ rei. vt ortus solis. i. natiuitas vel surrectio vel prima apparitio solis in mane.
¶ Ortus a. um. i. ortus a. um.

Ocillum. Ocillum dic os minimū/ funis quoq̄z ludum
Quo se de more portant per inane puelle.

¶ Autor docet hic q̄ ocillum est diminutiuū de os oris. i. paruū os (anglice a lytyll mowthe. Et componit̄ de hoc os oris ⁊ cilleo les. cillui cillere. i. mouere ⁊ tunc ocillum est genus ludi. i. cū fune suspenso sup̄ trabē laqueato: in quo funere laqueato pueri vel puelle insedentes huc ⁊ illuc impellunt̄. Et inde dictū est ocillum: q̄z in hora astantiū ad risum moueant. Uel quia solebāt impelli in ora transeuntiū: ⁊ iste vocat̄ anglice (a totre or a ryding rope). ¶ Construe. O lector dic ocillum sc̄z esse minimū os. id est paruum os quoq̄ pro et: ⁊ dic ocillum esse ludum funis id est chorde. quo. i. vbi vel in quo puelle portāt se de more id est secundum consuetudinem: per inane id est aerem: q̄z aer dr̄ inanis id est vacuus: quia subtilis est.

Oro oras Oro dum causor/ idem dum depreco: oro.
Orator seruat hos ac oratio sensus.

¶ Hic autor docet q̄ oro as. habet duas significationes. Nā orare. i. causari. Et est causari agere causam corā iudice vel placitari (to pleate) ¶ Itē orare. i. dep̄cari. ¶ Nota qñ oro significat causari tunc deriuat̄ ab eo orator oris id est causator placitator (a pleder). Uñ Maximianus. Orator toto clarus in orbe fui. orator. i. causator. ¶ Et oro qñ idem est q̄d dep̄cari tunc deriuat̄ ab eo hec oratio onis. ¶ Construe. Ego oro dū causor id est placito: vel dū ago causam coram iudice. ⁊ ego idem oro dum dep̄cor id est supplico. Orator ac oratio illa duo nomina que deriuant̄ ab oro oras. seruant hos sensus. id est significationes illas quas ⁊ oro seruat.

Oraculū. Sunt oracula diuinacula/ sunt quoq̄z templa
Et quandoq̄z tamen oracula somnia dicas

¶ Hic autor docet q̄ hoc oraculum li. habet tres significatōes. Nā oraculum id est responsū diuinū. vnde Ouidius. Sua fallum oracula fallunt Et oraculū est locus vbi dat̄ oratio et accipit̄ oraculum ⁊ sic est templum. Itē oraculum est somniū vel dictū mysticum: vt somniū (a redle). ¶ Construe. Oracula sunt

diuinacula .i. responsa diuina. quoq3 pro eodem: et oracula sunt templa in quibus dantur et accipiuntur oracula. et tamen dicas oracula esse somnia.

Oras mundus habet/nox horas/et clamis oras. Hora hore

¶ Hic ponitur equocatio in ista dictione hec hora hore et potest esse differentia inter hora scriptum per h/et ora sine h. Hora per h. est vicesimaquarta pars vnius diei naturalis Et est spacium in quo medietas alicuius signi oritur in oriente. Inde hec horula le. diminutiuum. Et horus ri. apollo qui primo oras inuenit ¶ Et hec ora ore sine h est extremitas regionum vel finium vel vestium. Unde hoc orarium rij. limbus qui apponitur ore .i. mergini vel extremitati alicuius vestimenti causa ornatus (anglice a seme. ¶ Construe. Mundus habet oras .i. prouincias vel regiones vel fines. nox habet horas. Et clamis .i. mantellus habet oras .i. limbos vel extremitates. ¶ Et nota alios versus. Aspirans horam tempus tibi significabit. Si non aspiras limbum dabit et regionem.

Obuiat/alloquitur/moritur/circundat obire Obeo is.

¶ Docet hic autor quod hoc verbum obeo is. habet quattuor significationes. Nam obire .i. obuiare. et tunc componitur de ob quod est contra et eo is ire: quasi contra ire. ¶ Et obire est alloqui. Et obire .i. mori: vt bonorum hominum. Et obire .i. circundare vel circuire: et tunc dicitur de ob. quod est circum et eo.

Oblitus infectus: oblitus seu vitiatus
Oblitus oblitus: hic immemor: hic viciatus.
Hinc obliuiscor ortum dabit: obliuit illi Oblitus.

¶ Autor ponit differentiam inter oblitus a. um. media correpta. et oblitus a. um. media producta. Oblitus cuius media corripitur est idem quod infectus vel maculatus vel deturpatus (anglice dyed) et est participium preteriti temporis a verbo oblino oblinis obliui vel obliuiui. ire. oblitum tu. et composito a lino linis. ¶ Sed oblitus cuius media producitur (anglice forgetful) et est participium descendens a deponenti verbo obliuiscor eris. oblitus sum: obliuisci. Et construitur cum genitiuo vel accusatiuo. Ut oblitus sum lectionis mee/vel lectionem meam.

Occurrit: venit in mentem: simul obuiat istud Occurro.

¶ Hic docet autor quod hoc verbum occurro is. re. habet duas significationes. Nam occurrere .i. venire in mentem alicui: vt non occurrit mihi quod locutus sum tecum. ¶ Et occurrere .i. obuiare. vt Occurrebat ei homo amphoram aque baiulans. Et componitur de ob. et curro curris cucurri: neutrali.

Qui ligat intendit: tenet: impedit: occupat ille occupo as

¶ Hic docet autor equiuocationem in hoc verbo occupo as. are. quod habet duas significationes. Nam occupare .i. ligare. Ut occupat ora louis id est ligat. ¶ Et idem est quod tenere: vt ille occupat locum meum .i. tenet. ¶ Et occupare id est

impedire. vt Taliter occupatus sū circa secularia negocia q̄ nullo modo pos-
sum intendere studio litterarum. occupatus .i. impeditus. Sic occupatus sū mul-
tis. ¶ Et est intendere.

Horreo

Horret te metuens / horret rubet asper et horrens

¶ Autor hic docet q̄ horreo habet quattuor significatiōes. Primo est timere vt ibi. Ille vir feruentē laboris sui cōtingere testā horruit .i. timuit vel metuit. ¶ Et horrere .i. rubere qd̄ est esse vel fieri rubeū. vt ibi. Horrentes gladiosq̄ tenet .i. rubeos vel rubentes. ¶ Itē horrere .i. asperum esse vel fieri. Ut. Horrentes dumos abies pulcerrima nuit .i. asperos dumos. ¶ Et horrere .i. horrens esse. vt horreo cū sum solus in tenebris. ¶ Construe. Aliquis metuens te: horret .i. rubet. et asper horret: et aliquis horrens horret. Et coniugatur sic. horreo res. rui. horrere. caret supino: et est neutrum.

O aduerbium.

O dolet / exclamat / stupet / indignatur / et optat.
Horret / et est nomen vocis / et ipsa vocat
Littera dicetur nomenq̄ dee retinetur
Sub triplici parte / sic bene stare videtur.

¶ Autor hic docet quot modis ponit̄ ista littera .o. Dicens aliqn̄ est signū doloris: vt. O miser est vere cui bona nulla manent. ¶ Itē o ponit̄ exclamatiue: vt ibi. O qui perpetua mundū ratione gubernas. ¶ Aliqn̄ est signū stuporis: vt ibi. O admirabile cōmerciū. ¶ Itē aliqn̄ est signū indignationis: et hoc ironice vt sic. O q̄ laudabilis es: significando q̄ non est laudabilis quem alloquitur. ¶ O ponit̄ optatiue. vt Lucanus. O vtinā sūmi curuet carchesia mali. vel sic O vtinā essem talis qualis fuit ille. ¶ O aliqn̄ est signū timoris: vt ibi. O q̄tū timet ip̄e mori. vel hic. O male vicinis hec menia cōdita gallis. ¶ O est nomen littere que est vocalis. ¶ O aliqn̄ ponit̄ vocatiue. vt O iohannes veni huc. ¶ Construe alium versum. Et o est nomen vocis .i. vocalis. et ipsa licet o vocat id est tenetur vocatiui. O iohannes.

Olim

Milo transpositum portat tria tempora secum
Presens / preteritum / tempus pariterq̄ futurū.

¶ Autor docet q̄ hoc aduerbiū olim significat tempus p̄sens. Un̄ Uirgilius. At iam olim seras posuit satis viuida frondes. ¶ Olim significat p̄teritū tp̄s. vt ibimus olim. ¶ Construe. Milo transpositū .i. olim portat secū tria tempora / scilicet presens et p̄teritū q̄ p et pariter futurum tempus.

Palma

Palma manus / palma arbor / victoria palma
Palma notat laudem / belli victoria finem.

¶ Hic in primordiali siue in p̄ori versu ponit̄ equocatio in hoc nomine hec pal

ita me. Et in secundo versu ponit differentia inter palmā ⁊ victoriam. ¶ Primo dicit q palma est manus scʒ extensa cui cōtrarius est pugnus (anglice the palme of the hande). Et pugnꝰ, qñ manus est clausa. Vñ Ouidiꝰ. Illa manus labitur patriisqʒ dat oscula palmis. Unde hec palmula le. extremitas remi: qr extensa est ad modū palme. ¶ Et palmula est instrumentū rusticorꝫ cū tribus vel quattuor vel pluribus ramis: qr habet ramos extensos sicut palma. ¶ Et hic palmus palmi. quedā mensura palme (anglice a spanne) vñ hic palmulus palmuli. diminutiuū. ¶ Itē palma est quedā arbor: a palmtree. Unde Virgilius. Palmaqʒ vestibulū aut ingens oleaster obumbrat. Fructus illius arboris vocat dactylus. ¶ Palma est victoria. Unde Stacius. Frigie pensanius premia palme. ¶ Item differentia est inter palmā ⁊ victoriā. Palma est laus quā quis cōsequitur post superationē hostis. Et victoria significat finem belli. ¶ Construe. Palma manus ⁊c. Palma notat laudem belli: victoria notat finem belli.

Cecus/adulator hec duo palpa notat. — Palpo.

¶ Ponit equiuocationē huius nois hic palpo onis. Primo. i. cecus ⁊ dr a palpo as. qr cecus palpat. Unde hec palpebra bre. i. sinus oculorꝫ. ¶ Et palpo. i. adulator. Persius. Ius habet ille sui: nomen quoqʒ palpo. i. adulator. ¶ Construe. Palpo notat. i. significat hec duo. scʒ cecus qui non potest videre/ ⁊ adulator qui adulatur ⁊ blanditur dicitur palpo.

Nobilis est vestis erratica stella planeta. — Planeta

¶ Hic autor docet q hec planeta te. habet duas significatiōes. Primo est qdā vestis laxa circa oras. ⁊ dr a planos grece qd est error latine: qr oris orantibus euagatur. ¶ Et planeta est stella erratica. Unde dicunt septem planete. Sol/ Luna/ Mercurius/ Mars/ Jupiter/ Venus/ Saturnꝰ. Et dicunt planete nō qr errant in motibus suis: sed potius qr errare nos faciūt circa motus eorꝫ. ¶ Et nota q planeta pro veste est feminini generis: sed ꝓ stella masculini generis. ¶ Construe. Planeta est vestis nobilis: et planeta est stella erratica. i. errans vel errorem immittens.

Planta pedis pars est/ ⁊ planta virescit in hortis — Planta te

¶ Hic autor docet q hec planta te. habet duas significatiōes. Prima est pars pedis scʒ palma pars q est sub pede (the sole of the fote. Et dr de planus na nū vel de plates qd est latitudo: qr lata est. Unde Stacius achillis. Feriunt vada tessala plante. ¶ Et planta potest dici quelibet que crescit in horto (anglice a plante.)

Pars color informās: statuēs pes vestis adornās Subiectiua leo/ pars progressiua butyrꝫ. — Pars

¶ Hic autor docet q pars ponitur pluribus modis. ¶ Est pars enim que informat aliquem: vt color vel tinctura dicit pars panni: qr informat pannum

¶ Et pars est statuens: vt pes est pars corporis: qz statuit corpus ꝛ sustinet.
¶ Pars est illud qd ornat aliquam rem: vt vestis dr pars corpis ꝛ ornat corp⁹
¶ Et pars subiectiua est sicut aliq̄ spēs est pars generis: qz subijcit generi vn̄ leo est sub animali. ꝛ lapis est sub substātia. ¶ Itē est pars pgressiua vt butyꝝ vel caseus est pars lactis. ¶ Construe. Color informans scz pannum est pars scz panni. ꝛ pes statuens scz subsistens vel sustinens. scz corpus est ps corporꝫ Et vestis adornās corpus est pars adornatiua corporis. Et leo. i. talis spēs est pars subiectiua. i. subiecta generi quod est animal. Et butyꝝ est pars progressiua lactis. id est progrediens de lacte.

Parens Est commune parens/patri simul ꝛ genitrici.
Non qz vir variat/sed partus est quia causa.

¶ Autor ponit hic qꝫ hoc nomen parēs significat equoce patrē ꝛ matrē: ita qꝫ mater est parēs: ꝛ pater est parēs. Et tn̄ licet pater dicat parēs: nō iō parit sed qz dat cām matri vt pariat pueꝝ. pater est parens pueri. ¶ Construe. hoc nomen parens est cōe patri simul ꝛ matri. i. genitrici. i. vterqz potest vocari parēs Et est parens nō qz pariat. i. possit parere. sed qz est causa partus scz pueri. Et declinat hic ꝛ hec parens entis. ꝛ corripit primam.

Pater. Uita natura pater/pater annis dogmate fertur
Est pater hic cura/pater est alius genitura
Est pater etate/ pater ille vocatur honore
Ac summū regem notat ipsa creatio patrem

¶ hic docet autor qꝫ pater accipit multis modis. Nam aliqs dicit pater a vita: qz talē vitam degit vt hoc noīe merito censeat: vt dn̄s papa/vel dn̄s ep̄us/ vel abbas. Un̄ papa cōiter dr pater beatissimus. Et ep̄o scribit. Reuerendo in christo patri. ꝛc. Similiter abbati. Uenerabili patri in christo. ¶ Itē aliqs dr pater a natura puta carnalis. sicut ille qui generat filios est pr filioꝝ. Aliquis dicit pater etate: vt senex homo multociens vocat pater. ¶ Aliquis dr pater dogmate sicut p̄dicator vel curator ecclesie est pater sp̄ualis. qz talis generat nos filios suos in bonis ꝛ sanctis moribus ac vite honestate. sic pater carnalis in carne. ¶ Dn̄s vocat pater creatiōe: qz creauit oia. ¶ Nota Mus Grecismi. Est pater hic cura. ꝛc. In qu⁹ eadē significatio que in isto versu. Uita natura pater. ꝛc. Sed magis plane in istis versibus declaratur.

Pecten Est pecten piscis: plectrū: rastrūqz chorea
Pectine pectuntur crines: ꝛ pectine tele
Densantur: pecten lanugo dicitur esse
Pecten habet lotrix: textrix: cytharista colonus.
Hic pecten pubes: piscis: ꝛ ordo chori

¶ Autor hic docet equiuocationē istius dictionis hic pecten inis. dicēs q͛ habet plures significandes. Nā pecten est quidā piscis (anglice a playce) secū dū quosdā. Vñ Horatius. Pectinib⁹ patulis se iactat mole carentū. ¶ Et pecten .i. rastrum scz instrumentū rusticoꝝ (anglice a rake) Unde Ouidius. Et raro pectine vertit humū. ¶ Et pecten est instrumentum textoꝝ quo incutiunt fila in tela (anglice a staye. Claudianus. Pectinis ingenio nunq̄ felicior arte cōtigit euentus. ¶ Pecten .i. lanugo .i. prima barba (anglice here or downe of a barde Unde Iuuenalis. Traduntur medicis iuuenes cum pectine nigro. ¶ Nota q͛ pecten semꝑ est masculini generis pro quacunq̄ significatiōe ſm Priscianum ⁊ alios autores. Unde doctrinale. En dabit hoc sed ren dabit hic pecten simul ⁊ splen. ¶ Construe. Pecten est piscis. ⁊ pecten est plectrū: ⁊ plicten est rastru id est cultrū seu ferreū instrumentū quo vtunt̄ agricole fodendo terram. ⁊ pecten est est corea. ⁊ crines pectentur .i. comuntur pectine (anglice a combe). Et tele .i. (webbes) densant̄ pectine. Et pecten dicitur esse lanugo .i. prima barba ¶ Ibi pecten habet lotrix. ⁊c̄. Autor videt̄ innuere q͛ pecten pro significationibus in littera positis esset neutri generis. Sed sine dubio pecten in omibus significationibus est masculini generis. Vñ excusemus autorē istum sic exponendo textum. Lotrix .i. illa que lauit capita hominū: habet pecten .i. pectinē Et ibi pecten stat materialiter scz nominatiuus pro actō ⁊ causa metri. quia nō potuit stare actūs: ideo posuit ntīm materialiter. Et textrix habet pectinem: et cytharista habet pectinem. ¶ Et pecten inis est pubes .i. lanugo: ⁊ est piscis. ⁊ ordo chori. idest chorea.

Pelignus populus / pelignus pelice natus — Pelignus

¶ Autor docet hic q͛ pelignus ni. habet duas significationes. Nam pelignus est quidam populus de quo populo Ouidius fuit natus. ⁊ tunc est adiectiuū. Unde Ouidius. Peligni gloria ruris. Et alibi inde vetula. Peligni ruris alumnus ⁊ pelignus. Et pelignus est aliquis natus de pelice. Et pelex est illa q̄ ante vxorem tenet̄ ab aliquo. ⁊ postea veniente vxore pellitur a domo. Et dicit̄ de pello lis: vel de pellicio cis. ¶ Construe. Pelignus est quidam populus est aliquis natus de pelice.

Edes / atq̄ deos priuatos / dico penates — Penates.

¶ Hic docet autor q͛ hi penates pluraliter habet duas significationes. Nam penates .i. edes. Vñ Statius. Totosq̄ penates seu miratur adit. Et penates .i. dij priuati. In qua quidē significatione multociens inuenitur apud Uirgiliū ⁊ alios poetas. ⁊c̄. ¶ Et dicunt̄ penates quasi penes nos nati vt in antiquo tpe quisquis habuit deum ꝓpriuum: ⁊ illi dij vocabant̄ penates.

Corripit obliquos pernix pro pernicioso
Sed pro veloci / producitur in genitiuo
A neco sit pernix si pernicis est genitiuus.
A nitor pernix pernicis sit genitiuus — Pernix

¶ Hic docet autor q͛ pernix habet duas significationes. Primo id est perniciosus / prauus / peruersus / crudelis. ⁊ tūc deriuatur de gneco as. penul. correpta

in gtō. ¶ Et pernix .i. velox: et tūc deriuatur de pernitor eris. penul. producta gti. Et hoc est qđ autor dicit in littera. Et declinatur hic hec hoc pernix icis. penulti. correpta. pro pnicioso hic hec hoc pernix icis. penul. pducta pro veloci. Sz melius dicit Ebrhardus in suo grecismo et luculentius et clarius declarat tractans de pernix: dicit q pernix icis. penulti. pducta est idem qđ velox: et dr de nitor eris Sed pernix icis. penulti. correpta idem qđ puersus a. um. et dr de pernico cas. Cuiusmodi sunt ꝟsus isti. Pernix pro velox casus pducit vbiqz. Pernitorqz caput illius dicitur esse. Si breuiat casus tunc est nota perditionis. Ast eius ceptū dicitur perneco verbū. Icarus ad celū tendit pernicibus alis.

Periculū. A pario sunt experimenta pericula dicta.
A pereoqz pericula sunt discrimina dicta.

¶ Autor hic ponit q hoc nomē periculum pōt deriuari a diuersis verbis: et sic fm diuersam sui deriuationē diuersam hz significationē. ¶ Nā periculū pōt deriuari de experior iris. qđ cōponitur de ex. et pario ris. peperi ere. et tunc idem est qđ experimentū ti. neutri generis .i. pbacio. ¶ Itē periculū pōt deriuari de pereo is. periui vel perij. perire (anglice to perissh or to spylle. et tunc idē est qđ discrimē .i. idē qđ periculum in cōi significatiōe. et tunc deriuatur de pereo peris periui perire .i. docere/instruere/vel pbare quod non est in vsu fm Hugi. Sed peritus media producta pticipiū illius remanet in vsu .i. doctus .i. instructus. Vñ. Non tendit peritum qui vult audire peritū. Inde hec pericia e .i. scientia. ¶ Construe. Pericula dicta a pario .i. ab experior. qđ componitur de ex. et pario sunt experimenta. et pericula dicta .i. deriuata a pereo is. periui sunt discrimina: et tunc sumitur in vsuali significatione.

Pres. Pres diues/pres est sponsor/pres est mediator.

¶ Autor docet hic q pres predis hz tres significationes. Nā idē est q diues et ꝓprie qui multa habet pdia .i. possessiōes/villas/vel agros. ¶ Et pres est spōsor .i. fideiussor: et hec significatio tractata est a priore: qr diuites solent esse fideiussores .i. sponsores et obsides. ¶ Et pres .i. medians vel mediator. Vñ quidam Pres predis diues: medius fideiussor et obses. Et componitur cū inter et dr hic et hec interpres qui diuersa genera linguarū nouit: et qui vnā linguā exponit per aliā: vel q vnā linguā trāsfert in aliā. Et sic Boecius vocatur interpres q libros Aristotelis trāstulit de greco in latinū. Similiter Hieronymus q trāstulit totam bibliam de hebreo in latinū: et etiā septuaginta interpres.

Presul Presul presalus dicatur episcopus esse
Et presul princeps dicitur ante solum.

¶ Autor docet hic q hoc nomen presul presulis habet duas significatiōes. Et fm vtrāqz illarū significationū eius deriuatio variatur vel diuersificatur. qr presul est idē qđ eps. et tūc cōponitur seu deriuatur de pre et hij salij saliorum. Et fuerunt salij sacerdotes Martis sic dicti. qr saliēdo sacrificabant. Et ille qui pfuit illis in ministerio et officio vocabatur presul: et modo significat quēlibet presidentem pbyteris vt epm. ¶ Presul .i. princeps: et fm illam significationē deriuatur de pre et hoc solum soli .i. terra. et est ille qui preest ceteris existentibus in solo suo.

id est in terra sua. ¶ Cōstrue. Presul quando deriuatur de pre ⁊ salijs id est
sacerdotibus tunc dicitur esse idem qđ epūs. ⁊ presul quando de pre / et solum.
id est ante ⁊ solum cōponitur: tunc dicitur princeps. ¶ Uel sic. hic ⁊ hec presul.
idem est quod epūs: quia preest salijs id est sacerdotibus. Et idem est q̃ hic et
hec princeps. ⁊ tunc deriuatur de pre ⁊ hoc solum. quia preest solo id est terre
⁊ est cōmunis generis duorum. ¶ Nominatiuo hic salius salij salio. id ē sacer
dos. hic saltus tus. tui. (anglice a lepyng). Et pluraliter hi salij oruum. vel sales
lium. dicuntur sacerdotes Martis. a salio lis. salui vel saliui salire saltum saltu
id est saltum facere. quia saltando Marti sacrificabant. Et sales possunt dici
ioculatores. ¶ Nota q̃ in sequentia Adest nobis ⁊c̃. In festis sanctorum Egi=
dij ⁊ Hieronymi. Edwardi regis ⁊ confessoris semper dicatur Aue inclite pre
sul Hieronyme: Edwarde. ⁊ sic de ceteris. ⁊ nunq̃ inclite confessor in ecclesia/
prout dicitur in libello. Crede michi. ⁊c̃.

Pignus dic prolem / vadimonia dic quoq; fedus Pignus
In vadium ponens impignero / pignero libros.
Pignoro quos capio / redimens obpignero libros

¶ hic autor docet equiuocationē in hoc nōie hoc pignus noris. Deinde po=
nit differentiā inter hec duo verba pignoro as. ⁊ impignoro as. obpignoro as
Dicit ergo q̃ hoc pignus habet tres significationes. Nā idem est qđ filius vel
amor vel iudicium vel signū vel cōfederatio vel confirmatio amoris. ⁊ tūc fa=
cit gtīm pignoris per o. vnde pignoro as. are. i. confederare vel ꝯfirmare amo
rem inter aliquos. ¶ Et pignus id est vadium quod pro re aliqua datur. vt
postea recolligatur. vsualiter dicitur. Melius est pignori incumbere q̃ in per
sonam agere. Unde impignoro as. id est in pignore dare vel pignore ꝑcipere.
Sed pignero as. id est in pignore ponere vel in pignere habere. Obpignero
as. id est propter aliquid pignerare / vel subarrare (redimere ſm istum autorē
¶ Construe. Dic pignus faciens pigneris in genitiuo per e / esse vadimonium
Ego ponens aliquid in vadio impignero. ⁊ ego pignero libros quos capio in
pignere. ⁊ ego redimens libros id est obpignero libros.

+ pontis

Pes ~~montis~~ pila / pila ludus / pila taberna Pila pile.
Pila terit pultes / sed pila geruntur in hostes.
Quod terit est pilus / pilus est in fronte capillus

¶ hic autor docet q̃ pila habet quinq; significationes. Nā pila id est pes pō=
tis. Pila est quidam ludus: ⁊ illud cum quo luditur (anglice a balle). ¶ Pila. i.
taberna. Pila id est instrumentū cum quo teritur in mortario siue illud mor=
tarium in quo teritur. ¶ Pila id est tela que proijciunt in hostes. ⁊ tunc pila ē
neutri generis ⁊ pluralis numeri a telum li. ¶ Tamen ista differunt ſm corre=
ptionem ⁊ productionem. q2 pila pro pede pontis ⁊ pro taberna ⁊ pro instru=
mento terendi ⁊ pro telis primā producit. ⁊ in alia significatione eandē corri
pit. Ut patet in littera predicta scz pilus id est crinis (anglice a here).

Urbs quedam pisa / est quoddam pisa legumen Pisa pise

¶ hic docet autor ꝙ hec pisa pise habet duas significationes. Primo est q̄dā
ciuitas in grecia abundantia auri: vel illius leguminis dicta. Pis grece auruz
dicit᷑ latine. ¶ Item pisa est quoddam legumen inis. ¶ Nota ꝙ aliqui dicunt
hec pisa pisor̄ in plurali numero pro legumine quos Huguitio reprehendit.
Sed ego credo ꝙ pisa pro illa cōfectione que fit de ipsis est pluralis numeri et
neutri generis. ⁊ tunc est nomen heteroclitum. Et sic magister petrus blesen=
sis accipit ip̄a in plurali numero in libello suo sup̄ Job: qui maiorē autoritatē
habet q̄ Hug. Sed pisa pro legumine crudo et quando crescit semper est fe=
minini generis in vtroq; numero. He pise arum. pro ciuitate Tuscie. q: edifi=
cantes illam ciuitatem a pisa ciuitate grecie venerunt.

Prius

Tempore/natura/prius ordine dic ⁊ honore.

¶ hic autor docet ꝙ prius sumitur quattuor modis. Nā aliquid est prius tē=
pore. vt iste venit prius illo. i. ante illum. ¶ Itē prius dr̄ esse natura. vt prius
est embrio q̄ homo. Et est embrio forma humani corporis sine anima. ¶ Et
aliquid est prius in ordine. vt prius debet quis esse dyaconus q̄ presbyter. Et
prius in ordine dr̄ qui maiorē dignitatē habet in ordine. Et prius dr̄ honore.
vt ep̄s vel dn̄s papa dicitur prior esse propter honorem seu excellentiam.

Polipus

Polipus est naris fetor: vel in equore piscis.
Nomine dignus eo quoniā graditur pede multo
Fetor ⁊ inde sonat quia per pus polluit auras.
Aut quia per plures efficit ore poros.

¶ Autor docet hic quot significationes habet hic polipus polipi ⁊ vn̄ deriua=
tur. Dicit ergo ꝙ polipus pi. id est fetor qui per nares emittit᷑. et tunc dicitur
polipus quasi pus id est fetor polluens auras id est auram. Vel polipus qd̄
plures poros efficiat in naso (anglice a cankyr). ¶ Nota ꝙ polipus est ꝓprie
fetor qui est in ciuitate: sed ponit᷑ pro quolibet fetore. Et componitur de polis
quod est ciuitas: ⁊ pus id est putredo quasi putredo ciuitatis. ¶ Itē polipus
dicit᷑ quidā piscis conchatus vel testatus habens plures pedes. vt cancer (an
glice a lopster). Et dr̄ a polis quod est pluritas ⁊ pes pedis: q: pluritatē pedū
habet. ¶ Cōstrue. Polipus est fetor naris id est nasi vel piscis in equore id est
mari piscis dico dignus eo noīe: quoniā graditur id est transit multo pede id
est multis pedibꝰ. vel q̄m potis id est potens est pede multo. Et inde. id ē ideo
est polipus ⁊ sonat idem ꝙ fetor: q: polluit auras id est auram per pus. i. feto
rem. Aut pro vel/vel q̄a efficit plures poros id est valde multos poros ore id
est naso qui est propinquus ori.

Populus

Populꝰ est volucris: populus gens populꝰ arbor

¶ hic docet autor ꝙ populus habet tres significationes. Nā populꝰ est que
dam auis: ⁊ tūc est masculini generis ⁊ ꝓducit primā syllabam s̄m istū autorē
(anglice a shoueler). ¶ Item populus est gens scz cetus humane multidinis
iuris consensu ⁊ cōcordi communicatione sociatus. Vel populus est collectio. i.
cōgregatio tam nobiliū q̄ ignobiliū. ⁊ dr̄ a polis qd̄ est ciuitas. vel a polis qd̄

est pluralitas. ¶ Item populus est quedã arbor ⁊ tunc producit primã syllabam (anglice a popeltree) Et pro his significationib⁹ potius corripit primam. Et pro arbore populus est generis feminini. Et dr̃ a polis q̃d est pluralitas: qr ex radice eius multitudo ramunculorum pullulat.

Proximus est quiuis natura conditionis. | Proxim⁹.
Spe cõuertendi bonus est homo proxim⁹ hosti.
Proximus est iterũ qui constat stirpe ꝓpinquus
Proximus estq₃ suũ michi sit pr̃estans bñfactũ.
Confinisq₃ meus michi proxim⁹ vt probat vsus.

¶ Autor hic docet quot modis accipitur proximus: vel quot modis quis efficitur alicui ꝓximus. Dicens q̃ aliq̃s est ꝓximus naturali cõditione. vt pater ẽ proximus filio. Itẽ aliquis potest esse ꝓximus suis inimicis cõuertendo illos de mala cõuersatione ad bonã vitã. ⁊ sic sanctus Paulus fuit ꝓximus iudeis qui eam ꝑsequebãt ⁊ tñ nõ cessauit qñ pro eoꝝ cõuersione sollicite laborauit ¶ Item aliquis dicit̃ proximus michi qui de stirpe mea. i. prosapia genitus. vt frater meus vel nepos pronepos. ¶ Item amicus me⁹ est proximus meus qui michi indigenti de bonis suis largius impertitur. ¶ Item vicinus meus dr̃ ꝓximus meus prout habet cõmunis modus loquendi ¶ Construe. Quiuis. i. quilibet est proximus natura conditionis. i. naturali conditione. vt bonus hõ est proxim⁹ hosti suo spe cõuertendi eũ a malo ad bonũ. Et iteꝝ ille est proximus q̃ constat. i. est ꝓpinquus alicui stirpe. i. ꝓgenie ⁊ sanguine. Et aliquis p̃sentans. i. exhibens michi benefactũ. i. beneficiũ est proximus michi ⁊ confinis meus est proximus michi. vt vsus. i. consuetudo probat.

Conditione puer/etate puer/puer actu. | Puer.
Estq₃ puer purus ⁊ sine pube puer.

¶ Autor hic docet q̃ puer dr̃ tribus modis. Nam aliquis est puer cõditione. vt famulus vel seruus alicuius dr̃ puer ei⁹. ¶ Et puer est ab etate. vt puer octennis/nouẽnis/vel decẽnis. ¶ Puer est actu. vt cũ quis pueriliter agit vocat̃ puer. vt scribit̃. Maledictus puer. ¶ Et puer est pur⁹ ab omni impuritate carnis/⁊ sine pube. i. lanugine que est in prima barba. ¶ Nota puer dr̃ aliq̃s trib⁹ modis scʒ natiuitate. vt puer natus est nobis ⁊c̃. Etate. vt nouẽnis/decennis Obsequio ⁊ fidei puritate. vt dñs ad hieremiã. Puer meus noli timere ¶ Nota q̃ sunt sex ꝓprietates pueroꝝ que patent per versus. Sũt pueri puri paruo saciati. Ludunt conformes cito dant cito pacificantur. ¶ Et nota q̃ sunt sex etates hominis. Prima etas dr̃ infancia q̃ durat vsq₃ ad septẽ annos Secunda est puericia durans ad quattuordecim annos. Tercia est adolescẽtia durans ad annum vicesimũ quintum. Quarta dr̃ iuuentus durans ad quinquaginta annos. Quinta dr̃ senectus durans ad octoginta. Sexta dr̃ senium durans ad finẽ vite quãtumcũq₃ sit homo victurus. ¶ Similiter etates mundi sunt sex. Prima ab Adam vsq₃ ad Noe. Secunda a Noe vsq₃ ad Abraham Tercia ab Abraham vsq₃ ad Dauid. Quarta a Dauid vsq₃ ad transmigrationem babylonis. Quinta a transmigratione babylonis ad christum. Sexta a christo vsq₃ ad finem seculi. i. extremi iudicij.

Etates mundi Et hominis.

Pullus Pullus eque pullus galline/pullus & ater.

¶ hic autor docet q͛ pullus hȝ tres significatiões. Nã pullus est natus eque (anglice a foole or a colte) ¶ Et pullus.i.recens nat⁹ galline (anglice a chekyn Et in istis duab⁹ significationib⁹ dicit hic pullus li. substantiue. ¶ Et pullus a.um.i.ater.niger a.um. Virgilius. Reijce ne maculis infuscet vellera pullis. pullis maculis.id est nigris maculis. Et dicitur pullus a paruus a.um: vel pusillus a.um.

Pus ris. Pus pro putredo indeclinabile credo.
Pus declinatur custodia quando vocatur.

¶ hic docet autor q͛ pus hȝ duas significationes. Nã pus.i.putredo vel quedam infirmitas q̃ reddit hoiēz putridũ.⁊ tũc dr̄ de puteo es.i.fetere.⁊ in declinabile. Horati⁹. Rutilũ pus atqȝ venenũ. Et hec pus puris.i.custodia. Vñ Alijs in pure positis ego solus euasi. In pure.i.in custodia. Et dr̄ a purus a.um.

Pubes Est pubes iuuenis/pubes pilus est iuuenilis
Puberis est pubis variatur sic genitiuis.

¶ hic autor docet q͛ pubes hȝ duas significationes. Nã pubes est puer sine pube.i.sine lanugine q̃ est inferior circa pudenda. Et tũc declinat hic ⁊ hec pubes. Gtõ pubis vel puberis. Et pubes.i.lanugo scȝ inferior barba vt superius dr̄. Itẽ pubes est collectio iuuenũ.⁊ tunc declinat hic pubes: huius pubis ⁊c̄.

Paciscor. Quod peto pro pacto/qđ do/qđ sumo paciscor.

¶ Autor dicit q͛ paciscor eris.pactus sum pacisci hȝ tres significationes. Naȝ paciscor.i.petere aliqđ pro pacto.vt ibi. Ut mea sit seruata mora virtute paciscor. ¶ Et pacisci.i.dare pro pacto.vt ibi. Vitã voluit pro laude pacisci.i.dare in pactũ vel in pactũ ponere. ¶ Itẽ pacisci.i.in pactũ accipe vel sumere. Ouid. Pactus agenoriam primus puer ibat ab ymis. ¶ Et pacisci id est pactum facere/amiciciam seruare/reintegrare. Unde hec pactio onis.id est couentio/cõditio/promissio. Unde hoc pactum ti.

Palo as. Palo domũ facio/vagor & cauo/purgo palã do.
A palo palea/palus quoqȝ pala/palatum.

¶ Autor dicit q͛ palo as.hȝ quinqȝ significationes ex deriuatis ab eo. Nã palare.i.parare vel domum facere. ¶ Et palare.i.vagari.tñ pl⁹ est palare q̃ʒ vagari. Nã vagari dr̄ qui aliquãtulũ huc ⁊ illuc discurrit. Sed palat q̃ in nullo loco ꝓprio habet sedem. Vagus dr̄ quicunqȝ aliquãdo vagatur. Sed palat qui nũqȝ certã possidet mansionẽ. Vñ hoc palatũ lacij.ampla dom⁹ in qua multi vagari possunt. Et hoc palatũ ti.supior pars oris interius: qr ibi lingua palat id est vagatur. ¶ Et palare.i.cauare/forare (anglice to holde to bore) Vñ hec pala le.i.ille locus cõcauus in anulo in quo lapis preciosus ponit (anglice the hole in the ringe) ¶ Palare id est purgare. Unde hec palea lee.i.purgamentũ

segetis scz illud quod eijcitur a segete a chafe. ¶ Palare id est palam dare manifestare/aperire. Unde hic palus li. (a stake) quia foris stat & foris & palam figitur. Unde palam aduerbium id est aperte/manifeste. ¶ Item a palo pro cauo as. hec pala pale. instrumentum quo domus purgatur. ¶ Item pala pale est ventilabrum id ventorium quo purgantur grana (anglice a fanne). Et pala est instrumentū ferreum latum ad opus aptum.

Pango cano: pango coniungo: pango paciscor. Dat pactum pepigi: cano panxi: iungere pegi. — Pango

¶ Autor docet hic q pango gis. hz tres significationes diuersas. & fm vnam quāqz significationem diuersum habet preteritum. Nam pangere id est cantare vel canere. Unde in hymno. Pange lingua gloriosi corporis mysterium. & fm illam significationem pango facit panxi in preterito & caret supinis. ¶ Item pangere id est impellere vel coniungere. Unde Job. Ossibus et neruis compegisti me. id est iunxisti. & tunc pango facit pegi in preterito. & pactū pactu in supino. ¶ Item pango id est paciscor. & tunc facit preteritū pepigi. & supinum pactum pactu. Unde Job. Pepigi fedus cum oculis meis ne virginē concupiscerem.

Equoce paro regna domū merces quoqz pomū. — paro as

¶ Docet hic autor q paro as habet quattuor significationes. Nam parare .i. acquirere. vt paro regnuz. id est acquiro regnum. ¶ Et parare id est mūdare vt paro domū .i. mundo domū. ¶ Et parare. id est emere. Unde. Para qd vendere possis .i. eme qd possis vendere. ¶ Et parare .i. tollere peripsimam pomi. (anglice the paryng of the apple.)

Paret quis qui se manifestat: paret obedit. — Pareo.

¶ hic docet autor q pareo es hz duas significationes. Nā parere .i. apparere manifestare. & tunc facit paritū tu. in supino. & in illa significatione componit cum ad. & dr appareo res. apparui. Uñ apparuit grā dei saluatoris &c. Unde hic apparitor oris .i. seruiens qr apparet vt videat & p̄sto est ad obsequenduz dño suo. Uel apparitores eos vocamus qui reos apparere faciunt in conspectu iudicis. Et pareo es. p̄ducit pa. Unde Catho. Temporib⁹ peccata latent & tempore parent. & non patent. vt quidā libri habent. ¶ Et parere .i. obedire. & tunc caret supino. ¶ Construe. Quis .i. aliquis: paret .i. obedit: & qui se manifestat paret.

Patro luxurio: patroqz cum facio. — Patro

¶ hic docet autor q patro as. habet duas significationes. Nam patrare .i. luxuriare vel opus venereū consummare. Uñ Persius. Patrari fractus ocello. id est oculo. Inde patratio onis .i. operis venerei consummatio. ¶ Et patrare id est facere perficere. Unde in genesi. Et requieuit die septimo ab omni opere patrarat. Similiter magister Matheus vndocinensis in Tobia. Patrat amore patris superi que dictat honestas. Legis se domino sacrat agenda replet. patrat id est facit amore patris superi id est dei. et sunt versus retrogradi.

¶ Construe. Ego patro cum luxurio: id est quando facio factum luxurie. ꝙ p
er: ⁊ ego patro cum facio vel perficio.

plecto tis. **Plecto pro flecto/plecto pro punio dico**

¶ hic docet autor ꝙ hoc verbū plecto tis. habet duas significatiōes. Nam est idem qꝺ flecto tis. vel aliquid ex virgis flectendo cōponere. Unde in dn̄i passione. Et plectentes coronā de spinis imposuerūt capiti eius. i. flectendo componētes coronā de spinis. Un̄ hoc plectrū tri. i. percussoriū cythare (anglice a wreste qꝛ flectit̄ huc ⁊ illuc. vn̄ hoc plectrillū li. diminutiuū. ¶ Itē a plecto pro flecto. dr̄ hec plecta te: ꝗlibet nexus ex virgis factus: Et plectere: i. punire/verberare. Horatius. Quicquid delyrant reges plectunt̄ achiui. i. quicquid dn̄i peccant semper pauperes puniuntur. Et est plecto plectis plexi vel plexui. ere. plexum plexu verbum actiuum.

Pendo is. **Pendo cum trutino/do penas/debita soluo.**

¶ Autor hic docet ꝙ hoc verbū pendo dis habet tres significatiōes. Nā pendere. i. trutinare: ⁊ ꝓprie est pensū ad trutinā ponere ⁊ leuare. ¶ Pendere. i. suspendere: vt ille pendit furē. i. suspendit. Unde differūt pendere media ꝓducta ⁊ pendere media correpta: vt pꝫ per metꝫ. Pendere vult iustus sed vult pendere malignus. ⁊c̄. Malignus vult pendere. i. esse suspensus. nam pendeo es. pependi. dere. verbum secunde coniugationis: significat passionē intrinsecus natam. i. esse vel fieri pensum. Unde Pendeo suspensus: pendo dū subleuo pōdus. Itē. Pendo do penas: sed pendeo suffero penas. ¶ Pendere. i. exsoluere/reddere/tribuere. Et coniugat̄ pendo dis. pependi. dere. pensum su. verbū tercie cōiugationis: ⁊ pendeo es. secunde coniugationis habent simile preteritum ⁊ supinū. Et est pendo actiuū cum omibus suis compositis. ¶ Construe. Ego pendo cū trutino (to weye) ⁊ ego pendo dū do. infero penas. i. suspendo furem: ⁊ ego pendo debita/dum soluo debita.

Presumo **Uir male presumit/qui non sibi debita sumit**
Confidens bene/firmo presumit amore

¶ Autor dicit ꝙ ꝑsumo mis. aliqn̄ sumit̄ in mala significatione: aliqn̄ in bona In mala significatione sumit̄ qn̄ quis credit se facere qꝺ nō pōt facere: tūc pōt dici de tali ꝙ ꝑsumit quasi male. ¶ Itē aliquis ꝑsumit hr̄e bn̄ficium qui vt hoc habeat nō meret̄. Et aliquis sperat beneficiū qui meret̄ habere ⁊ sic patꝫ differentia inter sperare ⁊ ꝑsumere. ¶ Presumere aliqn̄ accipit̄ in bona significatione: ⁊ tūc ponit̄ pro sperare vel firmiter cōfidere. Et in vtraqꝫ significatione sumitur a beato Gregorio. Omelia. xxxiiij. Illos terret ne presumāt in bonis: ibi ꝑsumant sumit̄ in mala significatiōe. Et postea subdit. Peccatores presumite de misericordia dei. i. firmiter cōfidite. Et tunc sumitur in bona significatione. Et cōiugatur. Presumo presumis presumpsi. ere. presumptum tu. ⁊ est actiuū ⁊ componitur de pre. ⁊ sumo is. ¶ Construe. Uir presumit male qui sumit id ē qui sumit aliquā non sibi debita. ⁊ aliquis confidens de firmo amore. ꝑsumit: id est confidit firmiter

Presto as **Presto preualeo/presto cum cōmoda dono**

¶ Autor docet hic equiuocationē de hoc presto as. are. dicens q̄ hȝ duas significationes. Nā prestare. i. ante stare vel ꝑcio ꝑcellere. Ut iste est prestans homo id est precellens homo. ⁊ tunc presto cōponit᷑ de pre ⁊ sto stas stare. Et est verbum neutrū. ¶ Itē prestare. i. cōmodare/mutuare: ⁊ tūc est verbum simplex. Et cōiugatur presto as. aui. are. statum. statu. ⁊ est verbū actiuū. ¶ Construe. Ego presto. i. ꝓualeo. ⁊ ego ꝑsto dū dono. i. do. cōmoda. i. mutua.

Pone dapes quas ponit auis/te sic bene ponas. Pono nis

¶ Hic autor dicit q̄ hoc verbū pono nis hȝ tres significationes. q̄r ponere est idem qđ exponere. vt pone dapes. i. expone dapes. i. cibos. ¶ Et ponere. i. producere. vt gallina ponit oua. i. producit oua. ¶ Et ponere. i. disponere. Et etiā idem est qđ statuere. i. locare. Pono nis. posui ere. situm tu. verbum actiuum. ¶ Construe. Tu pone. i. expone vel appone vel apporta dapes scȝ illas quas auis ponit. ⁊ ille dapes sunt oua. ⁊ sic ponas id est disponas te bene cum illis. id est concedendo ea.

Prodere seducit monstrat prodire sed exit Prodo dis
Proditor a verbo formari querit vtroqȝ.

¶ Hic autor docet equiuocationē in isto verbo prodo dis. didi. dere. Et differentiā inter prodere verbū tercie coniugationis qđ cōponitur de pro ⁊ do das dare. ⁊ prodire verbū quarte coniugationis. qđ componitur de pro ⁊ eo is ire interposita d. ⁊. dr̄ prodeo prodis prodiui vel prodij prodire. ¶ Item ponitur equiuocatio in isto verbali hic ꝓditor toris. qđ a primo supino vtriusqȝ verbi formatur. Dicit ergo q̄ prodo ꝓdis ꝓdere. i. seducere/decipere. Unde quidaȝ Hunc mea mens odit socium qui me male prodit. i. seducit vel decipit. ¶ Et ꝓdere id est monstrare. vt hic. Prode precor quere qđ odit te queris amare. Et prodo est actiuū ⁊ cōiugat᷑. Prodo prodis prodidi proditū proditu in supino. penultima correpta. ⁊ cōponit᷑ de pro ⁊ do as. ¶ Et prodire idem est qđ exire Uñ in hymno. Uexilla regis ꝓdeūt. i. exeunt. Et cōiugat᷑. Prodo prodis prodiui prodire ꝓdeundi do. dū. sicut superius dr̄. ⁊ facit proditū proditu in supino penultima correpta sicut de prodo. Unde deriuat᷑ hic proditor oris. i. anterior vel antecessor. Et proditor quādo descendit de prodo prodis tunc idē est qđ seductor vel deceptor (anglice a traytor) Unde iudas fuit proditor dictus eo q̄ prodidit dominū ⁊ proditor monstratur. ¶ Construe. Hoc verbū prodere seducit. i. decipit ⁊ monstrat. sed proprie id est exire. vt prodi a me. i. exi a me ⁊ hoc nomen proditor qđ est verbale querit. i. vult formari ab vtroqȝ verbo.

Posse quidem rebus dat vis natura potestas Potestas.
Officium meritum sexum diuina voluntas

¶ Quidā exponētes istā litterā assignant drīam inter humanā potestatē et diuinā volūtatē. Sȝ hoc vere nichil est. q̄r autor iste nō ponit drīam inter vocabula q̄ hñt aliquā similitudinē i voce sicut inter pignero ꝑ e/⁊ pignoro ꝑ o. ⁊ inter prodere ⁊ ꝓdire. que oīa incipiunt ab eadē syllaba. Sȝ hic non est aliqua cōuenientia inter potestas ⁊ volūtas: nisi q̄ vtraqȝ terminat᷑ in tas. sed q̄d inde ¶ Unde hec dico q̄ hic equiuocatio ponit᷑ in ista dictione potestas tatis. Naȝ

potestas.i.vis vel fortitudo humana.vt hic. Faciendi hoc:nõ habeo potestatem.i.vim vel fortitudinẽ. ¶ Et potestas.i.natura.humana vel naturalis vigor vel potentia hois.vt sunt multa q̃ humane nõ subiacent potestati.i.nature humane. ¶ Itẽ potestas est ipm posse per qḋ põt aliqs vel aliquid. Itẽ potestas est officium ⁊ nomẽ officij.vt maior ciuitatis est nomẽ cuiusdaz officij.vt ille qui vocat maior londoniaꝝ. Uocat potestas bononie:⁊ in pluribꝰ alijs ciuitatibꝰ italie. ¶ Uel potestas est quoddã officiũ angeloꝝ.vt ibi. Tibi celi et vniuerse potestates ⁊c̃. ¶ Et potestas.i.volũtas dei. ¶ Construe sic istos versus. Potestas existens idem qḋ vis.i.fortitudo:vel potentia existens idem qḋ natura.i.vigor naturalis:dat rebus posse id est per qḋ possũt. Et potestas existens officium dat meritũ.s.per qḋ meret sic appellari vel fungi tali officio. Et potestas existens diuina voluntas:dat sexum id est discretionem in rebus ꝑ ut vna res discernit id est diuiditur ab alia per speciem. Potestas vt dicit Huguitio est illud qḋ aliquis põt:vel illud per qḋ potest:vel ille qui potest.

Poto as. **Poto do potum/poto sumo michi potum.**

¶ Autor docet hic q̄ poto as.hꝫ duas significationes. Nã potare.i.potũ dare.vt ibi. De torrente voluptatis potabit eos.i.dabit eis potũ de torrente voluptatis.⁊ tunc cõstruitur cũ accusatiuo casu.vt poto te.i.do tibi potum.pota me.id est da michi potũ.⁊ tunc est verbum actiuũ. ¶ Et potare.i.sumere potũ vel bibere.⁊ tunc est verbum neutrũ vt poto ceruisiam vel vinũ. ¶ Et supina illius verbi syncopantur. Dicitur enim. Uado potum ⁊ non potatũ in frequenti vsu. Ut potauerunt me aceto.

Puto as. **Estimat atqꝫ secat puto denotat amputat inde.**

¶ Autor dicit q̄ puto as.hꝫ duas significatiões. Nam putare id est estimare vel in mente habere sic vel sic. ¶ Et putare.i.secare.vt superius scribitur ibi. Falce puto ⁊c̃.puto ibi.i.seco vel scindo. ¶ Unde componitur cum am/⁊ dicitur amputo:⁊ amputare id est circum secare. ¶ Construe. Hoc verbum puto putas denotat.i.significat estimat atqꝫ secat.inde amputat deriuat per compositionẽ. ¶ Et nota q̄ debet dici extimo ⁊ nõ estimo. Sed ego scribo estimo scḋm maiorem vsum scribentium.⁊ componitur de ex/⁊ timo qḋ est mens:et dꝛ extimare/appreciari/vel putare.⁊ tunc iterum componitur cũ ex/et dꝛ existimo as.id est potare.⁊ potest dici q̄ in priori significatione x/transit in s.vt ptꝫ in existimo. ¶ Papias/huguitio/⁊ Catholicon dicunt extimo.⁊ ideo credo q̄ x/non transit in s.

Questus. **Questus de quero tibi lucrum significabit.**
De queror questus vult significare querelam.

¶ Finito capitulo de equiuocis incipientibꝰ a P. Autor hic tractat de equiuocis inchoantibus a Q. Primo dicit q̄ hoc nomẽ questus qñ deriuat de quero ris.idem est qḋ lucrum:qḋ patet per eius compositũ conquestus.i.lucratio vel lucrum.vt rex adeptus est hoc regnum per conquestum id est lucrũ vel lucrationem. ¶ Et conquestus quando deriuatur de queror quereris quod deponens est/est idem quod querelari.⁊ tunc questus est ideꝫ quod querela.vt iste fecit nobis questum id est querelam. Et declinatur hic questus stus.stui.q̃rte

declinationis. ¶ Item habetur questus questa questum. et tunc est participiũ de queror quereris questus sum quereri. vt ibi. Talis questus est nobis. i. querulatus est nobis. ¶ Construe. Questus veniens ab hoc verbo actiuo quero: queris significabit tibi lucrum. Questus veniens a queror quereris verbo deponenti vult significare querelam.

Per quotus hoc nomē/numer⁹ signatur et ordo. Quotus:
Si queris quot⁹/iste venit/numerū michi signas
Si quotus iste sedet a me tunc ordo notatur
Iste quotus venit/se quarto se quoqz quinto.
Sed quotus iste sedet/quart⁹ quintusqz sextus.
Ordo notatur ita per quotus et numerus.

¶ Autor docet q hoc nomē quotus a. um. est nomen ordinale quia omnia ordinalia principaliter significant ordinem: et secundario numeros. Et sunt nomina ordinalia ista primus/secundus/tercius/quartus etc. Et quotus deriuatur a quot. Cetera patebunt in expositione littere. ¶ Construe. Numerus signatur et ordo id est significatur per hoc nomen quotus a. um. Postea docet quando significat numerum et quando ordinem. Unde dicit. Si tu queras quotus iste id est aliquis venit id est accedit ad villam. tunc tu signas michi numerū per hoc nomen quotus. Et si queras quotus iste sedet in mensa vel alibi: tunc notatur ordo per ly quotus. ¶ Iste quotus est etc. In istis duobus versibus docet quomodo respondeatur alicui querenti. Quotus venit iste ad villam. vel quotus sedet ille ab illo in mensa. ¶ Construe. Quotus iste venit id est accessit scz ad villam. Respondendum est se quarto vel se quinto existente venit ad villam id est cum tribus vel cum quattuor venit ad villam. Sed si queratur quotus iste sedet a me vel te. Respondendū est quartus vel quintus vel sextus vel septimus etc. Et ita ordo notatur et numerus per hoc nomen quotus a. um.

Elegit/et confert/q̄/copulat/abnegat/auget. q̄ dictio
Infinitat/et assimilat/rogat atqz refertur.

¶ Hic autor docet q hec dictio q̄/multis modis accipitur Aliquando ponitur electiue vt in ps. Bonū est sperare in dño q̄ sperare in principib⁹. i. bonū est sperare in dño: ita q nō speratur in principibus/ et ita eligitur altera pars et altera negatur et refutatur. ¶ Aliquando ponitur collectiue: id est comparatiue. vt tu es fortior q̄ ego. ¶ Aliquando q̄ copulat id est tenetur copulatiue. vt tam petrus q̄ paulus est sanctus. ¶ Quandoqz abnegat id est tenetur negatiue. vt ibi. q̄ bonū est confidere in homine. ¶ Aliquando infinitat id est ponitur infinitiue. vt nescis q̄ male iste loquitur de te. ¶ Aliquando assimilat. vt ista est tam pulcra q̄ regina. ¶ Et negat id est interrogat. Ut q̄ bene diligis me. ¶ Et aliquando refert id est relatiue: vt tam bene currit Sortes q̄ plato. vel ego diligo te iā bene q̄ meipm. vel sic pro illis duob⁹ scz rogat et refertur potest q̄ exponi. ¶ Et quā potest eē interrogatiuum nominale. vt quā causam habes aduersū me. Uel potest eē relatiuum nominis. vt video rem quam tu vides.

Quando. **Quando/refert/querit/aliquādo qd̄ quia signat**

¶ Autor dicit q̄ hec dictio quando refert id est ponitur relatiue. vt ego veni quando tu eras solus. ¶ Quando quandoqꝫ querit. id est ponitur questiue. id est interrogatiue: vt quando venisti ad villam. Unde Uirgilius in decimo eneidos. Aspera quis natura loci dimittere quando suasit equos. ⁊c̄. ibi quando id est aliquando. ¶ Et quando est idem quod quia. Unde idem Uirgilius in primo eneidos. Hic tibi fabor enim quando hec te cura remordet. id est fabor tibi quia hec cura remordet te ⁊c̄. ⁊ sunt verba Jouis ad Venerem. ¶ Construe. Hec dictio quando refert ⁊ querit ⁊ signat id est significat idem quod aliquando ⁊ idem quod quia scz significat.

Quasi **Exponit nomen assimilatqꝫ quasi.**

¶ Autor dicit q̄ hec coniunctio quasi quando exponit aliquod nomen id est vocabulum. vt cum dicitur littera quasi legitera id est legenti iter tradēs tūc tenetur quasi expositiue. ¶ Quasi quandoqꝫ assimilat id est tenetur assimilatiue. vt iste vadit quasi ebrius.

qꝫ ꝯiūctio **Copulat ⁊ glosat/sed sicut velqꝫ notabit.**

¶ Autor ponit hic q̄ hec coniunctio qꝫ aliquando tenetur copulatiue. vt Petrus andreasqꝫ fratres. ¶ Tenetur glosatiue id est expositiue. vt quando ponitur pro id est. vt ibi. Legerat huius amor titulum nomenqꝫ libelli. qꝫ pro id ē quia titulus libri ⁊ nomen libri idem sunt. ¶ Aliquando qꝫ ponitur pro sed. Unde Uirgilius. Precibusqꝫ iubent exposcere pacem. ¶ Ponitur pro sicut. Uirgilius. Me famulam famuloqꝫ heleno transmisit habendaꝫ. ¶ qꝫ ponitur pro vel. vt Thomas Robertusqꝫ legit. qꝫ pro vel. ¶ Construe. Hec coniunctio qꝫ copulat: ⁊ glosat. i. exponit ⁊ notabit. i. significabit sed sicut pro vel.

Quomō. **Quomodo miratur dubitat/simulatqꝫ doletqꝫ**
Increpat/inquirit virgo maria modum.

¶ Hic autor docet quot modis accipitur hec coniunctio quomodo. Uno modo admiratiue. vt quis in perplexitate positus dicat quomodo euadaꝫ quasi diceret nescio. ¶ Ponitur dubitatiue. Ut cum dubitans querit quomodo hoc fecisti? ¶ Ponitur simulatiue. vt ego miror quomodo tu fecisti. ¶ Quomodo aliqñ est signū doloris. vt ibi. Quomodo sedet sola ciuitas plena in libro Trenorū. ¶ Quomō ponit̄ increpatiue. vt quomō habuisti te interficiendo iustū virū quasi dicat male. ¶ Quomodo ponit̄ inquisitiue. vt ibi. Quomō fiet istud qm̄ virū nō cognosco. Sed doctores dicunt q̄ ibi Quo modo sunt due dictiones. ⁊ debent accentibus duobus legi.

Quondā. **Presens preteritū quondā notat atqꝫ futurum.**
Sic modo/sic dudū/tria quodlibet indicat horū

¶ Hic docet autor q̄ hoc aduerbium quondam denotat presens tempus. Ut Uirgilius. Quondam etiam victis redit in precordia virtus. ¶ Item preteritum. Unde Tullius. Quondam fuit ista in hac republica virtus.

¶ Et notat futurū tempus. ꝛ Uirgilius. Quondā tua dicere facta tps erit. ꝛc̄.
¶ Et similiter dicit autor de istis aduerbijs modo ꝛ dudū. ¶ Construe. Quondā hoc aduerbiū notat presens p̄teritū. qꝫ .p. ꝛ. ꝛ futurū. scꝫ tps sic quodlibet. i. vtrūqꝫ hoꝝ aduerbioꝝ modo ꝛ dudū. hoc aduerbiū modo ꝛ dudum indicat. i. monstrat tria scꝫ tempora. ¶ Uel construe sic scd̄m versum. hoc aduerbiū modo. hoc aduerbiū dudū: notat p̄sens. ꝛc̄. Postea epilogat dicens illud quod ante docuit: sic quodlibet hoꝝ scꝫ quondā. i. modo ꝛ dudū notat tria scꝫ tempora presens/ preteritum/ ꝛ futurum.

Certe etiam simile denotat ista quoqꝫ — Quoqꝫ

¶ Autor docet qꝫ hec dictio quoqꝫ aliqn̄ sumit̄ pro certe: vt hic. Cunctis cogito que dicere nolo: quoqꝫ. i. certe nolo dicere cunctis ea que cogito. ¶ Et quoqꝫ ponit̄ pro etiā. Un̄ Priscianus. quoqꝫ quando .p. etiā ꝛ per simit̄. i. accipitur copulatiue. Un̄ Uirgilius. Tu quoqꝫ lictoribus nostris eneia nutrix. ibi ponit̄ quoqꝫ .p. etiā. vel pro ꝛ. ¶ Itē quoqꝫ .p. similiter accipit̄. Un̄ idē Priscia. in hoc exemplo Uirgilij. Multa quoqꝫ ꝛ bello passus dū conderet vrbē. hic quoqꝫ .p. similiter necesse est accipi cū sequtur ꝛ. Unde qn̄cunqꝫ hec coniunctio et sequitur quoqꝫ immediate in eadē orone: tūc quoqꝫ idē est qꝺ similiter. ¶ Cōstrue. hec coniunctio quoqꝫ denotat scꝫ certe etiam ꝛ simile. i. similiter.

Rancor vt est carnis/ sic est corruptio mentis. — Rancor

¶ hic docet autor qꝫ ista dictio rancor habet duas significationes. Nā rancor est corruptio carnis (anglice the rotennes of flesshe) Un̄ carnes dicunt̄ rancide si defectū patiant̄: sicut panis dicit̄ similiter mucidus (anglice mouled) Sꝫ potus dicit̄ acidus (anglice soure) Et opisus a. um. i. flaxidus. a. um. vt ista ona sunt opisa. i. flaxida. ¶ Itē rancor. i. defect⁹ mētis vt iracūdia. ¶ Construe. Ut. i. sicut rancor est corruptio carnis: sic rācor est corruptio mētis. i. iracundia.

Est radius rede/ solis/ tele/ geometri. — Radius

¶ hic autor docet qꝫ radius hꝫ quattuor significationes. Nā radius pertinet ad redam. i. rotam rede (anglice a spoke). ¶ Et radius est sol (anglice the sōne beme) ¶ Et radius est illud lignū per qꝺ currit pecten textoris in qua stat tela qn̄ texit̄. Unde Ouid⁹ius. hec radio stantes ꝑcurrit pectine telas. ¶ Itē radi⁹ est virga geometri cū qua protrahit figuras suas in puluere vel cū qua metitur. i. mensurat altitudinē ꝛ profunditatē alicuius corporis.

Regula sermo/ regula lignum/ regula norma — regula le.

¶ hic autor docet qꝫ hoc nomē regula habet tres significationes. Nā regula. i. sermo. vt iste addiscit regulam sancti augustini. ¶ Et regula dr̄ instrumentum ligneū vel ferreū edificatoꝝ quasi rectula (anglice a rule. ¶ Itē regula. i. norma qꝛ qꝺ prauū est ꝛ distortū corrigit ꝛ ad rectitudinē reducit.

Esse librum/ libri ducem/ dic esse registrum. — Registrū.

¶ hic autor docet qꝫ hoc nomē registrū stri. habet duas significationes. Naꝫ

Registrū est liber in quo plura gesta vel facta continenř: vel in quo plures libri sunt. ¶ Et registrū est quedā corrigia per quam facis folia librorꝫ equalia Uel est ipa regula quā habent scriptores ad formandū ⁊ equandum libros ⁊ quaternos suos. ¶ Construe. Dic registrum esse librꝫ: ⁊ dic registrum esse ducem id est regulam libri.

Reticulū. **Reticulum omonime/piscatoris qꝫ puella.**

¶ Autor docet hic ꝙ hoc reticulū li. equiuocař ad duo. Naꝫ est diminutiuū de hoc rete tis. i. paruū rete. ⁊ sic ꝑtinet ad piscatorē. ¶ Et reticulū est ornamentū puellarꝫ in capite (anglice a calle). ¶ Construe. Reticulū est omonime ⁊c. ⁊ dr ab omon qđ est simile ⁊ omona qđ est nomē: qꝛ in dictiōe equoca est similitudo in noīe cū ꝗuis sit diuersitas in significatiōe. Uel omonimū dr a monos qđ ē vnū ⁊ meris diuisio vel distinctio quasi vnū diuisum vel distinctū in plura.

Rudis. **Uirga rudis: rudis indoctꝰ: rudis estqꝫ nouellus**

¶ Autor dicit ꝙ rudis habet tres significatiōes. Nam rudis est virga pretoris cuꝫ qua percutiebanř in capite ꝗ̄ fiebant liberi de seruis: qꝛ p̄ter ꝑcutiendo sic diceret aio te librꝫ. Et tūc declinař hec rudis rudis rudi. ⁊ est substantiuū. Horatius in libro sermonū in primo. Spectatū satis ⁊ donatū iam ruda queris. Et rudis id est indoctus. vt Iste rusticus est rudis. vt bos dr communiter. ¶ Et rudis. i. nouellus. i. valde nouus. Unde Claudianus in minore. Et rudibꝰ remis sollicitauit aquas. rudibus. i. nouellis. Et in illis duabus significationibus rudis est adiectiuum. ⁊ declinatur hic ⁊ hec rudis ⁊ hoc rude. Et comparatur rudis rudior rudissimus.

Resto as. **Restat significat superest/ ⁊ constat oportet.**

¶ Autor hic ponit ꝙ resto as habet tres significatiōes. Nā restat. i. supesse vel superfluere: vt sic. Expendi pecuniā meā vt nō restat inde in bursa mea vnus denarius. i. supest vel supfluit. ¶ Restat. i. constat. vt restat ꝙ homo est animal ¶ Restat. i. oportet: vt restat me scribere. i. oportet me scribere: ⁊ tunc est verbum impsonale. ¶ Construe. Hoc verbū restat significat ista scꝫ superest/ constat ⁊ oportet. Et coniugatur. Resto as. restiti are. restitū tu. in supinis. Et cōponitur de re ⁊ sto as. are. ⁊ est neutrum.

Re retro signat iterum re priuat ⁊ auget.

¶ Hic docet autor ꝙ illa prepositio inseparabilis re. in cōpositione pluribꝰ modis accipitur. ¶ Aliqñ re significat iterꝫ in cōpositione. Ut in verbo recedo dis. i. iterꝫ ire. Unde Pamphilus. Ire redire viā tibi nec cuiꝗ̄ ꝓhibebo. ¶ Aliqñ ponit pro retro: vt patet in hoc verbo recalcitro as. i. retro calcitro: cuꝫ calce. i. talo. ¶ Re aliqñ tenet priuatiue in compositione: vt recludo ostiū ⁊ nō clauo sed aperio. ¶ Et re auget. i. ponit augmētatiue: vt in ista dictione recuruus a. um. i. valde curuus. vel relido dis. i. valde ledo dis.

Sacer. **Sacrum quod sanctū: simul execrabile signat**

¶ Finito capitulo de R. autor docet de incipientibus ab S. Dicit q hoc nomē sacer a. um. equiuocat ad duo. Primo id est sanctus a. um. Unde sacrare id ē sanctificare. vnde sacerdos quasi sacra dans. ¶ Sacer a. um. id est execrabilis/excōmunicatus. Uirgilius. Quid nō mortalia pectora cogit auri sacra fames. sacra id est execrabilis.

Sagana gummi/sagana vestis/sagana vates. **Sagana.**

¶ Hic autor dicit q sagana habet tres significationes. Nam est quoddaz genus gummi. Et est quoddam genus panni vel vestis. qd ꝛ sagum dr ab rasa ꝛ tenuis (anglice saye or worsted). ¶ Et sagana est propriū nomen vatis. id est sacerdotisse (a wytche).

Est eris species stagnū/stans est aqua stagnum. **Stagnuz**

¶ Autor hic docet q hoc nomen stagnum habet duas significationes. Nam est quedā species eris. i. metalli (anglice tyn) ¶ Et est aqua coacta stans ꝛ morans in aliquo loco per artē hominū (anglice a ponde or a pole). Quidā dicūt q stannum pro metallo debet scribi cum duplici n/ꝛ sine g. Sed sine dubio nichil est ex quo in illo libro autentico sic scriptum reperitur. sed semper cum g/ sic stagnum.

Sal condimentum/sal quod sapientia signat
Cuius plurale reprehensio dicitur esse. **Sal salis**

¶ Hic autor docet q sal salis in singulari numero duo significat. et in plurali vnum significat. Sal in singulari dicit condimentū qd satis notū est. ꝛ declinatur hic sal salis masculini generis. Apud antiquissimos tn̄ fuit neutri generis in quo genere ecclesia ponit qn̄ significat illud qd sapientia. Doctrinale. Hic sal hocq dabit: neutrū plurale carebit. ¶ Sales autē in plurali numero. i. reprehensiones vel amari sermones id est pleni amaritudinis. vt ibi. Uerbaq cum salibus aspera dedit. ¶ Construe. Sal id est condimentū: et sal significat idem q sapientia signat. Plurale. i. numerus pluralis. cuius scz salis ꝛ pluraliter sales dicuntur esse reprehensio. i. reprehensiones vel verba amara. ¶ Itē sales dicuntur verba iocosa. vel facete dicta.

Sāguis progenies/sanguis quoqz dicit humor.
Sanguis peccatum signat/sanguis quoqz vitā **Sanguis**

¶ Hic autor docet q sanguis inis. habet quattuor significationes. Nā est idē quod progenies. Unde Galfridus in poetria autor istius libri. Egregius sanguis te confert bartholomei. ¶ Et sanguis dicitur ille humor rubeus in homine satis bene notus. ¶ Sanguis id est peccatum. vt ibi. Libera me de sanguinibus deus. id est de peccatis. ¶ Et sanguis signat vitam. vt ibi. Omnis anima in sanguine sedem locauit. id est vita.

Statio **Est statio vitā/statio portus/stadiūqꝫ**

¶ hic autor docet ꝙ hec statio onis hꝫ tres significationes. Nā statio .i. locus vbi naues ad tempora stant. Sed portus naturalis est ⁊ ꝑpetuus. Vnd̄ Lucanus. Soluit ab omni quisqꝫ suam stationē ratem. ¶ Et statio .i. vita ista: qꝛ hic stamus ad tempus: nō enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. ¶ Statio id est stadium. ⁊ accipitur pro illo stallo in quo ecclesiastici stant in choro. ⁊ dicitur a sto stas.

Species **Forma decens species/species de pluribus vnā Dicitur ⁊ fenix species auis/efficit egrum. Incolumen species ⁊ nomina sunt specierum.**

¶ Autor dicit ꝙ species multis modis accipit̄. Nam species .i. pulcritudo seu forma ſm quod d̄r. Species priami digna est imperio .i. pulcritudo vel forma priami. ¶ Et species d̄r ꝑdicabile in logica scꝫ qđ ꝑdicat̄ de pluribus numero differentibus. ¶ Et species d̄r inesse vni soli que vocat̄ fenix. et est auis vnica in mundo. Unde. Unica cū sit auis fenix res particularis. Qui non miratur si pro specie teneat̄ vel reputat̄. Et species est confectio medicoꝝ siue apothecariorum que egris cōuenit ⁊ infirmis. ¶ Item species est quoddā accidēs partium orōnis ſm qđ dicit̄. hoc nomē est ꝑmitiue speciei. ¶ Et spēs est occasio vel causa. ¶ Item species d̄r maneries reꝝ. vt cum d̄r. Huius speciei herba ē in orto meo. ¶ Species est ꝓpria forma id est ꝓpria qualitas que dinoscitur ex conuentu accidentium ⁊ dispositione partium. ¶ Construe. Spēs est forma decens .i. pulcritudo. ⁊ species est vna scꝫ res ꝑdicata de pluribus numero differentibus. ⁊ fenix auis dicit̄ species id est dicitur facere speciem. Et species efficit egrum infirmum esse incolumen id est sanum. ⁊ nomina sunt specierum primitiue ⁊ deriuatiue speciei.

Sensus **Sensus quo sentis est ⁊ sententia sensus Est intellectus seu significatio sensus.**

¶ hic docet autor ꝙ hoc nomē sensus equiuocat̄ ad quattuor. Nā sensus est per qđ sentis. Unde quinqꝫ sunt sensus hominis vt ptꝫ per versum. Gustus et olfactus auditus visio tactus. ¶ Et sensus est sententia dictiōis vel orationis ¶ Sensus est intellectus. Vn̄ d̄r. Iste habet bonū sensum id est bonuꝫ intellectum. ¶ Sensus est significatio. vt cum dicitur. Dic michi sensum istius vocabuli .i. significationē. ¶ Construe. Sensus est hoc quo .i. per qđ sentis. ⁊ sensus est sententia. Sensus est intellectus. seu pro vel significatio.

Signum **Signum vexillum/simulacrū/stella/sigillum Et crucis signū quod conterit omne malignum.**

¶ hic docet autor ꝙ hoc nomē signū ni. hꝫ quinqꝫ significationes. Nā signuꝫ id est vexillū (anglice a banner) Lucanus Signa pares aquilas ⁊ pila minantia pilis. ¶ Et signū est simulacrū .i. imago. vn̄ d̄r. Vidi signū sācti Johānis in

ecclesia .i. simulacrum vel imaginem ¶ Signum .i. stella. Unde Ouidius in fastis. Le psaque sub terris ortaque signa canam .signa .i. stellas. ¶ Signum .i. sigillum. Unde Notarius vel tabellio dicit. Tale est signum meum. Horatius. Imprimit his signa tabellis .id est sigilla. ¶ Signum est figuratio crucis cuius virtute tentationes diaboli superamus ¶ Constructio plana est.

Purgat equum strigilis: et strigilis anxia cratis. Strigilis
Strigilis ex ligno vel ferro scansile factum.
Strigilis apta pedi res lignea religiosi.

¶ hic docet autor quod strigilis habet plures significationes. Nam strigilis est instrumentum quo caro mundatur et sudor eradit .et in hac significatione strigilis aliquando apocopatur. Et strigilis lis est ferrea crates vel cratis .i. patella ferrea (anglice a cresset.) ¶ Strigilis est instrumentum quo equi purgant (anglice a horscombe). ¶ Strigilis est instrumentum quo furantur pueri vuas vel ficus et poma vel cerasa. ¶ Construe. Strigilis purgat equum. strigilis est anxia .i. nociua cratis. quae habet stimulos. Et strigilis est illud instrumentum quo scandimus equum. strigilis est scansile .i. illud quo scandimus. factum ex ligno vel ferro (anglice a stirop of tree or of yron). Et strigilis est res lignea apta .i. conueniens pedi religiosi.

Simplex legimus / simplex idiota vocatur. Simplex.
Est bona simplicitas / est mala simplicitas.

¶ Autor docet hic quod simplex aliquando sumit in bona significatione et aliquando in mala. Et similiter hoc nomen simplicitas quod format ab eo. Quia aliquis dicit simplex qui est bonus. Et aliquis dicitur simplex qui est idiota .i. stultus et nullius litterature vel simplex est qui nullis bonus est. Et in vtroque sensu simplicitas inuenitur. ¶ Construe. Simplex vocatur legitimus vt bonus et iustus. Et simplex vocatur idiota. et aliqua simplicitas est bona (quando dicitur de simplex quod est bonus. Et simplicitas est mala (quando venit de simplex quod est idiota).

Hic sinus est portus curuatio carbasus arcus. Sinus

¶ hic docet autor quod hic sinus ni. habet quattuor significationes. Nam sinus id est portus (anglice an hauen) scilicet vbi naues conueniunt. Et sinus est idem quod curuatio vel sinatio quod idem est. ¶ Et sinus est carbasus veli .id est velum quod est extensum per ventum / siue illa tuberositas veli quando scilicet velum est plenum ventis (anglice the sayle cloth of a ship). Unde Lucanus. Totasque rudentes laxauere sinus. ¶ Et sinus est arcus .id est quedam arcuatio pontis. ¶ Construe. hic sinus est portus etc.

Spinx auis et monstrum / spinx est quoque belua ponti Spinx

¶ hic autor docet quod hoc nomen spinx equiuocatur ad tria. Nam spinx est quoddam monstrum sed fictum quale est chimera vt patet per versum. Spinx volucris penna pede serpens fronte puella. Et spinx est quedam belua ponthi .id est crudelis bestia ponthi (vel vt quidam dicunt) spinx est quoddam genus simie pilose

Stirps

Stirps est progenies: stirps radix dicitur esse
Stirps meus est arbor. stirps mea dicit homo.

¶ Autor dicit ꝙ hoc nomen stirps habet duas significationes. Nā stirps .i. ꝓgenies vel prosapia. vt iste est de stirpe mea (anglice of my kynne) ⁊ tunc est feminini generis. vt hec stirps pis. Et hic stirps id est radix de arboribus. Unđ Uirgilius. Et stirps eruit ymos ⁊ tūc est mascu. gn̄is. ¶ Cōstrue. Stirps est ꝓgenies: ⁊ stirps dicit̄ esse radix arboris. ¶ Scđus versus nō plus docet nisi ꝙ stirps pro radice arboris est generis mascu. ⁊ progenies est feminini generis.

substātia.

De forma: de materia: de compositoqꝫ
Dicitur equiuoce substantia: grecus ac ipse
Sic michi distinguit: substās sit ypostasis ipsum
Usiosis forma: sed compositum sit vsia.

¶ hic docet autor ꝙ hoc nomen substantia est equiuocū. Nā aliqn̄ ponit̄ pro forma abstracta. vt in hac dictiōe albedo que significat tm̄ formā siue accidēs illud qđ est albū vel albedo. ¶ Et substantia ponitur tm̄ pro materia informi. que nō recipit formā. ¶ Et substātia ponitur aliqn̄ pro vno cōposito de forma ⁊ materia: sicuti nos latini pro istis tribus pro quolibet istoꝝ nisi vnū nomen scꝫ substantia. Et greci habēt tria nomina pro quibus ipām materiā informē vocauit. scꝫ ypostasim. et đr ypostasis ab ypo qđ est sub / et stasis qđ est stans: quasi substans id est materiā. Formā aūt sine materia vocāt vsiosim ⁊ vsiam vocant substantiā compactā ex materia ⁊ forma. ¶ Cōstrue. Substātia dicitur equiuoce id est equa voce de forma ⁊ materia ⁊ de cōposito. scꝫ de materia ⁊ forma. Ac pro sed ipē grecus distinguit .i. diuidit hec noīa sic. hoc nomē ypostasis sit ipm̄ substans .i. materia sola. Et vsiosis sit forma. sed vsia ipsuꝫ cōpositum de forma ⁊ materia.

Supera

Supera velorum: sed supera sunt mulierum.

¶ Autor dicit ꝙ supera hꝫ duas significatōes Nā supera sūt plice veli quales naute ligant ad velū vt liberius ventū recipiant. Lucanus. Supera veloꝝ periturus colligit auras. ⁊ vocant̄ (bonettes of the sayle). ¶ Et supera dicūtur vestes mulieꝝ que alio nomie dicūtur teristra. a teron qđ est estas. qr vestes estiuales sunt (anglice rochet). Et đr hic superus ri. vel hec supera perū. in plurali numero. hij superi vel hec supera superoꝝ heteroclytum genere. ¶ Cōstrue. Supera sūt veloꝝ. scꝫ plice. ⁊ supera sunt mulierū scꝫ quedā vestes.

summus.

Supremū notat extremū: summū simul altum.

¶ hic autor dicit ꝙ summus a. um. idem est quod suprem⁹ a. um. vt ibi. A summo celo egressio eius. ¶ Summus id est extremus. Ut in summo die iudicij .i. in extremo die. ¶ Et summus id est altus vel altitudo. vt ibi. Ad mētis summa conscendit. id est ad altitudinem.
¶ Et summus est superlatiuus gradus de supra. ¶ Construe. Summum notat supremum ⁊ notat extremum. ⁊ notat simul altum. id est altitudinem.

Suspensum tacitū dic pendenteq̄ʒ ligatū — suspēsum

¶ hic docet autor q̄ suspensus a.um. duo significat. Primo id est tacit⁹. vt iste sedet suspensus: id est tacitus. Et suspensus est ille qui pēdet collo furcis scʒ latro dignus cū fune perire. Et presbyter dicit suspēsus qui nō potest celebrare ¶ Construe. Dic suspensum esse tacitum: ꝛ dic aliquē latronē ligatū cū fune et pendentē esse suspensum. Et est suspensus participiū de suspendor.

Scandalizare dicas exemplificare. Scandalizo tamen derideo dicitur esse — scādalizo

¶ hic docet autor q̄ scandalizo as habet duas significatiōes. Nam scandalizare. i. exemplificare vel dare vel ostendere malum exemplum. Unde ꝛ dicit a scandalū quod est malū exemplū. vt ibi. Ue homini illi p quē scandalū venit .i. malum exemplum. Et scādalizare. i. deridere. vt ibi. Qui scandalizat vnum de pusillis istis me scādalizat. i. deridet: ꝛ scandalū (a quo deriuat) est idem q̄d derisio. ¶ Construe. O lector dicas scandalizare esse exemplificare. et tamen scandalizare dicitur esse derideo es. derisi

Esca sapore sapit: vir quoqʒ mente sapit — Sapio

¶ Autor docet hic q̄ hoc verbū sapio is. duo significat. Primo. i. bonum saporem dare. vt ibi Delicata sapiunt id est bonum saporem habent vel dant ¶ Et sapere est sapiens esse: vt iste homo bene sapit id est sapiens est: ꝛ componitur desipio pis. male sapere vel nō sapere. ꝛ resipio pis. id est iterum sapere. Unde Resipisco resipiscis inchoatiuum proprie enim ille resipit vel resipiscit qui penitens forisfacti redit ad satisfactionem.
¶ Construe. Esca sapit sapore. ꝛ vir sapit mente. ꝛc̄. Et coniugatur sapio pis. sapui vel sapiui. ere. itum. tu. media producta. Facit enim preteritum ꝛ supinū ad modum verbi quarte coniugationis. Unde versus. Arcesso/capio/sapio/peto/quero/lacesso. Quarte preterita retinent quarteqʒ supina. Et ista sunt verba tercie coniugationis. ꝛc̄. ¶ Item Sapio est neutrum cum omnibus suis compositis.

Stello simul mittit: abscondit: implet: ꝛ ornat — stello. las.

¶ Autor dicit q̄ hoc verbū stello las. stellaui. antiquum est: et habet quattuor significationes. nam idem est quod mittere/vel mandare/vel destinare. ¶ Stellare id est abscondere/ꝛ implere/ꝛ ornare. Sed non est in vsu nostro. nec auctoritate nihil hic repertum.

Sternitur equoce mare: lect⁹: equ⁹: dom⁹: hostis — sterno nis

¶ Autor docet q̄ sterno sternis habet quinqʒ significationes. Nam est sedere vel pacificare (anglice to seas) vt mare sternitur: id est sedatur vel pacificatur siue tranquillum redditur rabie temp. statum. ¶ Et sternere id est ornare cum sella. vt equus sternitur id est ornatur cum sella.

¶ Et sternere.i.ornare domũ cum stramine vel cyrpis. vñ domus sternitur.i. ornatur cum stramine. Et est sternere id est deijcere/pessundare sub pedibus terere. vnde hostis sternitur .i. deijcitur/vel pessundatur/sub pedibus teritur cum superatur(anglice out trowen) et in ãlls significatione sterno nis. est actiuum. Sterno sternis straui sternere stratum stratu.

soluo uis. **Soluo cũ reddo/cũ libero soluo ligamen.**

¶ Soluo uis. habet tres significatiões. Primo.i.reddere: vt solue debita.i.redde. Et soluere.i.liberare. vt solui detentum in carcere.id est liberaui.
¶ Et soluere in propria significatiõe est solutum facere: vt solui ligamen.id est vinculum vel illud quod ligatur.(anglice as a knott.)

Spõdeo. **Spondeo promitto/plegius pro paupe spondet**

¶ Spondeo es.spopondi.dere.sponsum su.verbũ actiuũ habet duas significationes. Primo est promittere: vt qðcunqȝ iubes honestũ vel licitũ spondeo perpetrare.i.promitto. ¶ Et spondere.id est fideiubere: vt spondeo pro eo.vnde hic spõsor oris.in vtraqȝ significatiõe scȝ pro promissore & pro fideiussore. ¶ Construe. Ego spondeo.i.promitto. & plegius.i.fideiussor. spondet.i.fideiubet pro paupere scȝ homine qui fore fecit.

Subigo. **Qui subigit superat: supponit: arat: fricat: effert**

¶ Dicit ꝙ subigo gis.egi.ere.quinqȝ habet significationes. Primo.i.superare Vñ Theodolus. Quã natura dedit legẽ susanna subegit.i.superauit. ¶ Et subigere.i.supponere(anglice to vnderputte) vt talis subegit mulierẽ.i.supposuit Vñ. Clericus vxorem clamidis mercede subegit. clericus subegit.i.supposuit ¶ Et subigere.i.arare. vt terra ista est subacta.i.arata. ¶ Subigere.i.cogere/ ipellere/subiugare. & cõponitur de sub & ago is. Et subigere.i.efferre.i.exaltare

suffio: fis. **Sufficio fumum facio/suffioqȝ ministro.**

¶ Autor hic docet ꝙ suffio fis.fiui.fire.habet duas significationes. Nã suffire id est suffumigare & fumũ facere. Et suffigere.i.subministrare. Et componitur de sub & fio fis.& est actiuũ & producit hanc sillabã nõ sicut fio. ¶ Construe. Suffio.i.facio fumũ. & suffio.i.ministro hoc est exhibeo vel ministro.i.subministro. id est substituo vel obseruio: & sñ hoc suffio est neutrum.

Sufficio. **Sufficit ista facit/substituit satis est**

¶ Autor hic ponit ꝙ sufficio cis duo significat. Primo substituere: vt ego sufficio te in loco meo.i.substituo & tũc est actiuũ. ¶ Sufficere id est, satis est. & tunc est neutrum. Sufficio sufficis suffeci ere. suffectum suffectu in supino.
¶ Construe. hoc verbũ sufficit.facit.i.significat ista sustinuit id est satis est

Suggero **Suggerit ad bõa/suggerit ad mala ptinet apte.**

Suggero ris.suggessi ere.suggestũ tu.hȝ plures significationes. Nã suggere.

re ptinent ad bonū·vt ibi· Et suggeret vobis oīa quecūq; dixero vobis.i. docebit vos. Suggere.i.latēter aliqd alicui ɔsulere ⁊ ꝓprie causa nocendi. ¶ Suggere.i.submittere.subtrahere/vel subministrare vel indicare:vel dicere vel suadere. Et componitur de sub ⁊ gero geris gerere gessi gestū gestu.in supinis

Qui superat super est/ascendit/vincit/abundat

Supero.

¶ Supero as.aui.are.equocat ad q̄ttuor. Nā supare.i.sup'esse.i.viuere. Virgilius Quid astam⁹ supat ne.i.viuit. ¶ Et supare.i.vincere. vñ Catho. Quē superare potes interdū cede sodali. ¶ Supare.i.abūdare. Idē Catho. Cū tibi diuitie superāt in fine senectus.i.abūdāt ¶ Construe. Ille supat qui supest.⁊c̄.

Suspicio sursum specto/gero suspitionem

Suspicio

¶ Suspicio cis.suspexi care.hȝ duas significationes. Nā est sursum aspicio et componit' de sursū ⁊ specio.sicut in littera dicit'. Et specio cis qd idem est qd video sed nō est in vsu sed in cōpositis. vt aspicio despicio. ¶ Suspicere.i.habere vel gerere suspitionē. vñ dr iste est suspectus criminis.(suspecte.)

Suppetit hoc signat qd sufficit ⁊ qd abundat
Suppetit hic etiam qui mihi prestat opem

Suppetit

¶ Suppeto tis.(vt autor dicit)cōponit' de sub ⁊ peto tis. Et habet tres significatiōes. Suppetere.i.sufficere. vt hoc suppetit mihi.i.sufficit. Itē suppetere.i. abbūdare:vt hoc suppetit.i.abūdat/supfluit. Et s'm istas significatiōes est neutrū. Si tñ sapiat significationē sui simplicis est actiuū. ¶ Suppetere.i.subuenire:vel ꝓstare opē vel iuuare. Et s'm q' significat iuuare est actiuū. In alijs significatiōibus est neutꝝ. ¶ Construe. hoc verbū suppetit significat qd hoc v'bū sufficit significat.⁊ idem quod abundat. Et etiā hic.i.ille suppetit michi q̄ mihi ꝓstat opem. Suppeto tis suppetij ere.supetitū tu.penultima producta

Sic simulat/sic adiurat/sic certificatq;

Sic.

¶ hic docet autor q' cōiūctio sic aliqñ tenet' simulatiue. Ouidi⁹. Sic sedit sic culta fuit sic stamina nevit. ¶ Aliqñ admiratiue.i.affirmatiue. Vñ Virg. Sic tua grineas fugiat examinat taxos. ¶ Aliqñ certificatiue: vt fuit sic sicut dixi tibi.

Si dubitat causamq; notat/cōfirmat ⁊ optat
Abnegat/⁊ ꝗuis significare solet.

Si

¶ hic autor docet q' ɔiūctio Si multis modis tenet'. Nā aliqñ tenet' dubitatiua. vt hic. Nescio si moriar. vel sic. Si liceat sabbato curare.si.i. an vel nūquid ¶ Si notat cām.i.est ɔiūctio causalis:vt si de⁹ est aīm⁹.si.i.q̄. ¶ Si ɔfirmat.i.tenet' ɔfirmatiue vel approbatiue. Vñ Virg.in eneid. Dij si q̄ est celo pietas q̄ talia currat.si.i.vtinā. ¶ Si ponit' optatiue vt in sexto Eneid. Virg. Si nūc se nobis ille aure⁹ arbore ram⁹ oñdat.si.i.vtinā. ¶ Si ponit' negatiue.ꝑ nō. Vñ in libro dr ꝑoz. Quib⁹ iuraui in ira mea.si introibūt i reqē meā.i.nō itroibūt i reqē

meam. Si ponitur aliquando pro quamuis. Uel si percutias me hoc patiar. si idest quamuis ¶ Si ponitur aduersatiue. vt hic. Si vitas hominum inspicias si denique mores. ponitur conditionaliter. vt hic. Si feceris hoc habebis mercedem tuam. Uel sic. Si bene feceris premiaberis ad congruum. Et si ponitur pro cum: vt si exaltatus fuero omnia traham ad meipsum.

Sinautē. Sinautem sed si: sinautem dicito sinon.

¶ Sinautem dicit autor aliquando ponitur pro sed si. vt ibi. Sinautē cura tibi hec est. Sinautē ibi. i. sed si. ¶ Et sinautē. i. si non. vt ibi in Cathone. Commoda multa feres sinautē spreueris illud. sinautem ibi pro non. hec coniunctio sinautem est compositū a sin et autem. Sin vero per se et inter causales numeratur et cōponitur secundum Remigiū a si et ne per opocopem. Autē per se simplex est: et componitur sinautē. Unde Catho. Sinautē cura tibi hec est. Et potest ibi sinautē esse vna dictio pro sed si non. vel due. etc. Tunc sic construe. Autem pro sed / sin pro si non. Sed hec cura non est tibi.

Talus Talus id est decius / pars est pedis vltima talus.

¶ Finito capitulo de s. incipit capitulum de t. ¶ Dicit ergo quod talus li. habet duas significatiões. Nam talus. i. decius (a dye) vt ibi. Ludere cum talis nō est res spiritualis. Et talus est vltima pars pedis versus dorsum (the hele)

Taxillus Taxillus talus / paruus et est decius

¶ Autor docet hic quod taxillus li. habet duas significationes sicut talus. nā taxillus est paruus talus prout sumitur in parte pedis. Et est paruus talus prout sumitur pro decio. Unde dicit. Nec ad talos debitur ludere nec ad taxillos. i. paruos decios

Taxus Hec arbor taxus / hunc taxum dico melotam.
Hoc taxum truncus / duntaxat dicitur inde.
Uendere vult hic res quas alter taxat ab illo

hic taxus. nis
for a brokke
or a grey

¶ Autor docet equiuocationē in ista dictione taxus. Et ponit differentiam inter hec taxus / et hoc taxum. et expositionem istius dictionis dūtaxat. ¶ Taxus est quedam arbor apibus inimica: quia eas intoxicat et occidit (auglice e we) et tūc est feminini generis: ut in hoc exemplo Uirgilij. Sic tua grineas. etc. superius in sic vide. Et taxus est quoddā animal quod (anglice a broke or a grey) et tūc est masculini generis. Taxum xi. est truncus illius arboris vel ex quo arcus fiunt ¶ Inde dūtaxat. i. tantummodo: et est aduerbiū mercatorum: et dicitur de dum et taxus. i. pro arbore. vt cū dicitur Duntaxat habebis hoc pro tanto precio. ac si diceret: si mentiar moriar sicut apis gustās de succo taxi. Taxo as. are. est preciū rei imponere. ¶ Construe. hec taxus est arbor: et dico hunc taxum scilicet quādo taxus est masculini generis melotam. i. tale animal vt est melota. hoc taxum est truncus. i. lignum taxi. et inde dicitur hoc aduerbium dūtaxat. Et scilicet ille vel aliquis vult vendere illas res quas alter taxat ab illo.

Tessera. Tessera mensura / tuba tessera / tessera signum

Obtinet ⁊ ludum tessera missa suum.

¶ Autor docet quot significatiões habet hec tessera re. Nam est mensura que continet quattuor mensuras minores. dicta est a tesseron grece qđ quatuor latine. Tessera id est tuba qua bellantes acrius animantur ad pugnam ¶ Tessera id est signum quod vexillum dicitur. ¶ Et tessera est quidam ludus Unde Ouidius. Obtinet ⁊ vices tessera missa suas.

Est testudo lyra/testudoqꝫ volta cauata. Testudo.
Est limax repens/piscis in amne natans.

¶ Hec testudo inis. habet quattuor significationes. Nam primo idest lyra instrumentum musicum. Ouidius. Solaturqꝫ sedens egrum testudine amorem ¶ Testudo id est volta. id est secreta pars domus. vt ibi. Ebore ⁊ testudine cõptos tres habuit thalamos. sm aliquos (a vyce.) ¶ Et testudo. id est limax (a snayle) vnde Auienauus. Pennatis auibus quondam testudo locuta est. ¶ Et testudo est quidam piscis. id est conchile (anglice a wyke). ¶ Construe. Testudo est lyra. ⁊ testudo est volta cauata (anglice a arche) ⁊ testudo est limax repetẽs. ⁊ est piscis natans in amne. id est in mari.

Cum mare sit thetis/thetis est mater achillis Thetis
Mater habet thetidis/mare thetios in genitiuo.

¶ Hic docet autor differentiam inter hec thetis ⁊ thetios in gtõ (prima producta) est mare vel mater Oceani ⁊ thetis thetidis põu correpta. est vel fuit mater achillis. Constructio patet.

A tego vult dici textus pro tegmine libri Textus
Pro libri serie texo sibi vult caput esse

¶ Textus habet duas significationes. Nam est tegmen idest coopertorium libri vel hmõi: ⁊ tunc dicitur de tego gis. ere. ¶ Et textus est illud quod scribitur in libro: ⁊ tunc deriuatur a texo is. ¶ Construe. Textus pro tegmine vult dici a tego vult esse caput. id est origo sibi pro serie libri.

Hoc nomen tribulus est carduus atqꝫ flagellum Tribulus

¶ Dicit qꝫ hic tribulus li. est quoddã genus spinarum (a brere). Unde tribulo id est tribulationem inferre vel pati. tribulor aris. deponẽs in eodem sensu. Et tribulus id est flagellum scꝫ instrumentum quo fruges teruntur. Sed sm Huguti. dicitur hoc tribulum li. vel hec tribula le. (a flayle). ¶ Construe. Hoc nomen tribulus est carduus. i. spina: ⁊ tribulus est flagellum.

Fraudem/radicem/crinis/nexum/meretricem/ trica trice
Insuper ⁊ dicam gressus remoramina tricam.

¶ Hec trica trice habet plures significationes. Primo id est fraus vel deceptio / Trica id est radix / Trica idest nexio capillorum (a herelace) / Trica id est meretrix / Trica id est impedimentum vel mora.
¶ Construe. Ego dicam tricam esse fraudem. radicem et nexū crinis. meretricem. et insup dicā tricā esse remoramina. i. impedimentū gressus. i. transitus

Tricare

Impedit intricat / necnon inuoluere signat / Extricat atq3 sapit / expedit ac aperit

¶ Autor docet differentiam inter intricare et extricare. que componunt de in et trico tricas. de ex et trico as. ¶ Et trica dicit de hec trica ce. Sed qz tractauit de equiuocatione simplicis et primitiui tractat de equiuocatione et significatione compositorum et deriuatiuorum. Dicit ergo q intrico cas. habz duas significationes scz impedire. et inuoluere. Et similiter extricare duo significat scz expedire et aperire. ¶ Construe. hoc verbum intricat signat impedit. i. impedire necnon pro et. et inuoluere. q3 pro et. et extricat / sapit / et signat expedit. et aperit. i. expedire et aperire.

Tygris

Est fluuius tygris / fera tygris: quod genitiuus. Discernit duplex / tygridis atq3 tygris.

¶ Tygris habet duas significatiōes. Primo. i. fluuius mesopotanie de paradyso exoriens: et pergens cōtra assyrios: et post multos circuitus in mare mortuum. Uocatus aūt hoc nomine propter velocitatem ad instar bestie mira pernicitate currentie (vt dicit Isydorus) et tūc est generis masculini. et facit tygris in gtō. ¶ hec tygris tygridis est animal et fera bestia. Unde India tygris agit rapida cum tygride pacem. Isydorus dicit q tygris vocatur propter volucrem fugam. / Tigrim vocāt persi et medi sagittam. Est enim bestia distincta varijs maculis et virtute et velocitate mirabilis: ex cuius nomine fluuius tygris appellatur. et rapidissimus est omniū fluuiorum. vnde in laborinto Ebrardi. Tygride tygridior femina quando seuit. ¶ Construe. Tygridis est fluuius et tygris est fera bestia. qd. i quā equiuocationem gtūs duplex scz tygridis atq3 tygris discernit.

Typus

Est typus herba tumens gelidis q̄ crescit in ortis Febris ab hac tenet atq3 superbia nomen. Est et forma typus / ab hac quoq3 nomina sumūt. Febres ab excessu cuius pariterq3 recessu. Cogitur alternos eger imitari colores Ditetisq3 typum qd dicimus esse figuram

¶ Autor dicit q typus equiuocat ad quattuor. Nā est herba quedam que in aqua nascit et ab aqua inflat. Uñ et ambiciosorum hoim et sibi placētiū tumor et superbia dicitur typus. Et ab illa etiam herba frigida febres dicuntur typidi

¶ Et typus est figura vel forma vel status. Un̄ typicus a um. i. figuratiuus a um. Et eciā typica febris (quā perdicam dicunt) ¶ Cōstrue. Typus est herba tumens q̄ crescit in gelidis ortis. sc iuxta aquas que naturaliter sunt gelide ⁊ frigide. Febris. i. illa febris (que typus dicit̄) tenet suum nomen ab hac scȝ herba que dicitur typus (anglice a homloke). Et typus est idem qđ forma. ⁊ typ' q̄si est idem quod febris sumit. i. potest sumere. nomina. i. nomen suum. ab hac scȝ forma que est typus ab excessu qȝ pro et. et recessu cuius. febris que est typus eger. i. infirmus patiens tales febres. cogitur. i. compellitur: mutare alternos colo. es. i. varios ⁊ diuersos colores. qȝ pro et. vos dicetis typum esse illud quod nos dicimus esse figuram.

Mensa tripos / laurusqȝ tripos / mēseqȝ supellex. Tripos.

¶ Autoꝛ ponit hic qȝ tripos equiuocatur ad tria. Nā tripos est mensa vel arca ꝯsecrata apollini. in qua dabantur responsa ab apolline. In putria nouella Tripodes phebi foliūqȝ sibille. Tripos. i. laurus quedā herba (vt quidā dicūt) supponatur capiti dormientis nisi que vera fuerint somniabit. ¶ Et tripos est illud instrumentū sup quod ponit̄ mensa sup qua comedimus (anglice a trestyl). ¶ Construe. Tripos est mēsa scȝ phebi vel apollinis. i. solis. ⁊ tripos laurus. ⁊ tripos est supellex. a suppleo es. qȝ supellex est omne illud quod supplet defectuū domus. qȝ pro ⁊. ⁊ tripos est supellex mense. i. illud super quod ponitur mensa (anglice vt supra.)

Hec tria fert titulus / descriptio laus epigramma Titulus

¶ Hic autoꝛ docet qȝ hoc nomen titulus habet tres significatiōes. Nā titulus id est descriptio libri. Un̄ dicitur Titulus istius libri talis est. ¶ Et titulus idest laus. vt malefacientis fame multociens titulus obfuscatur. Un̄ Esopus in fabulis. Ornet se titulus turpiter ipse suus. titulus. i. laus. ¶ Itē titulus. i. epigrāma. Et est epygramma titulus quē scribimus sup capita alicuius littere ⁊ aliquaꝝ litteraꝝ. pꝛoter breuiatiōnē sillabe vel dictiōis. Et dicitur titulus a tytā tytanis. quod est sol: sed forte tunc deberet scribi per y grecum.

Dicas esse thoꝛos / paliaria / bꝛachia / lectus. Thoꝛus
Esse thoꝛos dicas etiā mensas aliquando.

¶ Hic Thoꝛus ri. hȝ quattuoꝛ significationes. Primo. i. paliare. quod est illa replicatio coꝛei que est circa collū bouis. ¶ Et thoꝛus. i. bꝛachiū. Un̄ Maximianus. Implicuit validis lubrica membra thoris.
¶ Et thoꝛus. i. lectus. Ouidi' Primoqȝ thoro terrenō semp gramē habēti. Incubat infelix scȝ filia ycam. ¶ Thoꝛus. i. mēsa in quo solebant antiqui discumbere. ¶ Construe. Dicas thoꝛos esse paliaria. ⁊ bꝛachia. ⁊ lectos. Etiam dicas thoꝛos esse mensas aliquando.

Est toꝛax pectus / toꝛax loꝛica / liquoꝛqȝ. Toꝛax

¶ Dicit qȝ hec toꝛax acis. habet tres significationes. Naȝ toꝛax est pectus vel illa pars coꝛpoꝛis que est a collo vsqȝ ad stomachum (anglice the brestbone). quam archam dicimus. quia ibi sit archanum ⁊ eminentes pulpe mamille in-

ter quas pars illa osses dicit pectus. ¶ Et torax et lorica illa que tm̄ extendit q̄ toracem defendat (anglice a brestplate.) Et torax est quidam liquor. Et dicitur de touis tou.

tumidus. Inflatus tumidus: fertur tumiduſq3 superbus

¶ Autor dicit q̄ tumidus a.um. h3 duas significationes. Primo .i. inflatus sc3 ille qui inflatur & ingressatur intus in corpore potest dici inflatus. ¶ Et inflat' .i. superbus: qr inflat in mēte sicut aluus in corpore. ¶ Construe. hoc nomē tumidus fertur inflatus in corpore. & tumidus fertur .i. dicitur superbus.

Turbo Impetus est venti turbo si turbinis addas.
Turbo turbonis propriū: turbus ioca signat.

¶ hic ponitur equiuocatio in hoc nomine turbo. Et differunt turbo & faciens turbonis. & turbo turbinis. & turbus bi. in gtō. Nā hic turbo nis. penultima correpta est impetus venti (anglice dicitur a whyrle wynde) vnde Isoderus Turbo est volubilitas ventoꝝ dictus a terra quotiens ventus cōsurgit: & terram in circuitu mittit. ¶ Sed hic turbo turbonis penultima producta in gtō: est ꝓprium nomen cuiusdā viri. ¶ Sed hic turbus turbi in gtō: quidā ludus qui alio nomine dicitur trocus (anglice a top.)

Turtur Turtur aquas pinis / turtur secat aera pennis
Est hec turtur auis: hic turtur sit tibi piscis

¶ In istis duobus versibus docet equiuocatio istius nominis turtur turturꝭ penultima correpta, qđ habet duas significatiōes. Nam est quidam piscis (anglice a turbut) vñ Iuuenalis. Canturus turtura magno .i. pisce. & tūc est gñis masculini. ¶ Sed hec turtur ris. est quedā auis. Vñ Isoderus. Turtur vocat pudica auis: & semꝑ in montibus magnis & desertis solitudinibus cōmorās societatē hominū fugiens: & quandoq3 commorantur in syluis. que etiam hyeme deplumata in truncis arborum concauis dicitur habitare.
¶ Construe. Turtur secat .i. diuidit aquas pinis. et turtur secat aera id est aerem pennis. & nota penna pēne. est qua volucris volat (anglice a fetger) pinna pinne est qua piscis natat (a fynne) Vñ. Fert piscem pinna volucrē portat nisi penna. ¶ Constructio plana est.

Tradere. Trado te: de te facio cum traditionem.
Cum tibi cōmitto rem seruandam tibi trado

¶ hic autor docet q̄ hoc verbū trado dis. tradidi ere. h3 duas significatiões nam tradere .i. prodere vel seducere vel decipere. Vñ hic traditor oris (anglice a traytur.) ¶ Et tradere .i. commendare vel aliquid in custodiā alteri dare. Vñ Ouidius. Seruādā tradidit argo vaccam .i. cōmendauit argo vaccam in custodiam & tutelā & est verbū actiuū. ¶ Construe. Ego trado te cū facio traditionem .i. seditionē de te. & trado tibi cū cōmitto tibi rem seruandum

Tollo lis. Tollit emit / nutrit / perimit / leuat / erigit / aufert

¶ Hic docet autor q hoc verbum tollo habet plures significationes. Nā tollere id est emere. Unde Juuenalis. Tollere dulcem cogitat heredem. ¶ Tollere id est leuare. Tollere .i. perimere. ¶ Et tollere id est erigere. Un̄ Claudianus in de Rufino in primo folio libri. Tolluntur in altū vt lapsu grauiori ruāt Et tollere id est auferre. vt ibi. Magnaqꝫ tollit iners comoda segnicies. ¶ Nota hic differentiam inter tollere/auferre/ ꝛ eripere. Nā tollimus a voluntate. eripimus vi. auferimus quod dedimus. ¶ Tollo lis caret preterito et supinis sed accipit mutuo tuli. vel sustuli. ꝛ facit supina latū tu. vel sublatum tu. Et est tollo verbum actiuum.

¶ Terreo signat idem quod defleo/voluo/vel pro — Torreo

¶ Hic docet autor q torreo res. torrui tostū vel torritum tu. verbum actiuum habet tres significationes. Nam torrere id est defluere. Un̄ hic torrens tis. id est fluuius vel aliqua defluens cū impetu ex nubibus ymbriū repentina magnū habens incrementū. Sed adueniente estate calore torrescit. cui greci ab hyeme nomen dederūt: nos autē ab estate. illi autem a tempore quo crescit. Nos autem a tempore quo siccatur. Item torreo id est voluere. Et torrere id est vere. Unde Theodolus. Ethyopum terras iam feruida torruit estas. Torruit ibi id est vssit.

¶ Torqueo furem: torqueo funem: torqueo telum. — Torqueo.

¶ Autor hic docet q torqueo es. habet tres significationes. Nā torquere id ē cruciare. vt torqueo furē id est crucio furē Un̄ hic tortor ris. i. cruciator vel tormentator. Un̄ Sunt ibi tortores serpentibus horridiores. Et torquere .i. flectere vel voluere. vt torqueo funem id est voluo aut flecto funem (anglice to wrythe or to wynde a corde or a withe). Et torquere id ē mittere aut proijcere iaculum aut telum. vt torqueo telum .i. mitto vel proijcio telum (anglice to cast a darte). Et coniugatur torqueo es. si. ere. sum su. vel tum. tu. in supinis. verbū actiuū. Inde torques torquis equiuocatur ad duo.

Pro speculor dicis: ꝛ pro defendo tueri.
Sed tuitus primo: tribues tutusqꝫ secundo.
Sepe tamen tuor hoc verbum repetitur in vsu.
A quo composita sunt contuor intuor ista.

— Tueor et Tuor ris.

¶ Hic ponit autor equiuocationē in isto infinitiuo modo tueri. Nā idē est qꝺ videre ꝛ tunc descendit ab hoc verbo tuor tueris tuitus sum tueri (qꝺ verbū debet facere tui/in infinitiuo modo. sed causa differentie tui. pronominis deficit ꝛ accipit mutuo a tuor) Sed composita a tuor faciunt tui in infinitiuo modo. vt contuor eris: contuitus sum contui. Obtuor obtueris obtuitus sum obtui. Item tueri id est defendere ꝛ tunc descendit de tuor eris. tutus sum tueri. Et nota q eius composita. ꝛ tuor ꝛ eius composita sunt deponentia. sed composita a tuor etiā simplex faciunt preterita tuitus tuitū. tu. Et tuor ꝛ eius cōposita faciunt preteritū tutus ꝛ supina tutu. Et nota q tuor ꝛ eius composita sunt tercie cōiugationis. ꝛ coniugatur tuor tueris media correpta. quia nichil habet tuor de tuor nisi in infinitiuum modum scilicet tueri. ¶ Cōstrue. Tu dicis hoc

verbum tueri pro speculor.i.video et pro defendo.i.ptego.sed tribues.i.dabis primo id est tueri pro videre hoc preteritū tuitus sum.qz pro et.et tribues scdo hoc preteritū sine circūlocutionē pteriti tuitus sum.et similiter faciunt cōposita ab eis. Tamen hoc verbū tuor reperitur sepe in vsu nostro:a quo ista duo intuor et contuor sunt composita.

Varus Varus id est curuus/varus nomenqz poete.

¶ hic docet autor varus habet duas significationes. Primo.i.curuus (anglice crokyd) Vñ et auarus.quasi varus habens varas manus.i.curuas manus Persius. Fallit pede regula varo.i.curuo. ¶ Et varo est nomen cuiusdā poete qui post mortem Virgilij correxit eneida.

vas vasis Hic vas est sponsor qđ habet vadis in genitiuo.
Hoc vas est labrum/vasisqz facit genitiuo.

¶ Dicit autor q vas hz duas significationes. Nā hic vas vadis.i.spōsor vel fideiussor (anglice a borowe). Ut ibi. Prio trade vades et liber postea vades. Et tūc vas hui9 vadis hz primā correptā. Sed vadis scda psona de vado vadis producit primā vt pz supra. ¶ Vas est labrū in quo pedes lauātur (anglice a vesseyll) et tūc dr a lauādo. et tūc dr hoc vas vasis in gtō). ¶ Labrū etiā dr labiū labij.a lambo is. ¶ Cōstrue. Hic vas est sponsor.qđ scz nomē vas hz vadis in gtō.hoc vas est labrū.i.vasculū.qz pro et.facit vasis in gtō.

Vates tis Vates sortilegus/ve propheta/poeta sacerdos.

¶ hic docet autor q vates hz quattuor significationes. Nā.i.sortilegus. vt dicit Juuenalis. ¶ Et vates.i.pphēta. Vñ Theodolus. Flāmea q̄ venit vatem quadriga leuauit. Similiter ibi. Si nō suis vatibus credat vel gentilibus etc. ¶ Et vates dicitur poeta prout Virgilius/Therentius/Ouidius. ¶ Et vates id est sacerdos Jouis qui vaticinabatur futura. ¶ Construe. Vates est sortilegus.ve pro vel.vates.i.propheta vel poeta vel sacerdos. hic et hec vates.

vehemens Spiritus inde malus vehemens est ve qz menti
Jngerit/ac bonus hinc quoniā sic subtrahit illi.

¶ Autor hic ponit q hoc nomē vehemens sumitur duobus modis scz in bona significatione et in mala. Et sic spiritus malus dicitur esse vehemens.quia suggerit id est inijcit menti.ve.id est dolorem vel fauorem:
¶ Et spiritus bonus dicitur esse vehemens.tunc quia subtrahit ve.id est dolorem a mente.vñ scribitur. Factus est sonus vehemens spiritus.
¶ Vehemens secundum hugui.id est furiosus:quasi habens ve in mente.et tunc componitur a ve.et habeo es.et mens mentis.vel a ve qđ est sine et mens: quasi sine mente.vel componitur a veho is.et mens quasi qui vehitur a mente
¶ Et vehemens aliquando dicitur fortis.vt iste habet vehementē causam.i.fortem. Et forte in illa significatione sumitur ibi spiritus vehemens mentis.i.fortis.et declinatur hic et hec et hoc vehemens.gtō huius vehementis etc.

Nauis habet velū / monialis sic quoqꝫ templuꝫ Uelum

¶ Hic docet autor q̄ velū habet tres significatiōes. Nā velū ptinet ad nauē scꝫ illud lintheamen quo nauis vehit̄ in pulsum venti (anglice a sayle.) ¶ Et velū ptinet ad moniale. Uñ dr̄ Ista mulier accepit velū .i. illud nigrū pepulū quo cooperiunt̄ in capite moniales. Et velū ptinet ad templū. Uñ scribit̄. Et velum tēpli scissum est. Et dr̄ velum de velo as .i. tegere. ¶ Construe. Nauis habet velū. ꝛ monialis hꝫ velū. ꝛ templū habet velū. Et velum est illd̄ lintheum qd̄ pendet in choro ecclesie tempore quadragesimali. ꝛ quid significat docetur in libro mysteriorum Johannis.

Poeta venena nocent / fuscatur lana veneno
Et turpis virgo / sua perlinit ora veneno. venenum

¶ Hic autor docet q̄ hoc nomen venenū est illd̄ quo hausto vel comesto moritur homo. Uñ Theodolus. Cōiuge viperiū donec suadente venenū inficit totū corpus sicut tinctura pannū. ¶ Et venenū est vnguētū quo mulieres meretrices inungūt facies suas: vt lenonib⁹ suis appareāt pulchriores. ¶ Hug. dicit hec venena ne. qꝛ p venas eat: aliter nisi tangeret sanguinē nō noceret. ¶ Construe. Uenena potata nocēt. ꝛ lana fuscat̄ .i. tingit̄ veneno .i. tinctura. Uñ Boeci⁹ de ꝯsolatiōe lib. ij. Nec lucida vellera serū tyrio miscere veneno .i. tinctura. ꝛ turpis virgo .i. turpis meretrix. plinit .i. pungit. ora sua .i. faciē suaꝫ veneno .i. tinctura videlꝫ albo vnguēto (seu fusco) vt appareat pulchra.

Est verbum christus / verbū deceptio / verbum
Uox hominis / verbum sic pars octaua vocatur Uerbum.

¶ Autor dicit q̄ hoc nomē vbū bi. habet quattuor significatiōes. nā verbū .i. filius dei. vt ibi. In pncipio erat verbū. ꝛ ibi. Uerbū caro factū est. ¶ Et vbuꝫ .i. deceptio. Uerba dat om̄is amans .i. deceptiones. ꝛ verbum .i. sermo. vt ibi. Quid faciūt enses si te leuis aura fatigat. Uerba quidē nō sūt verbera. verba times. et ibi. Demophon ventis ꝛ verba ꝛ vela dedisti. Uela queror verba carere fide. verba .i. sermones. ꝛ sunt versus Ouidij in libro Heroidū siue epistolarum. in epistola quā misit Phillis Demophonti. ¶ Uerbū est pars orationis. vt patet in donato ꝛ Prisciano. ¶ Construe. Xp̄s .i. filius dei est verbum. ꝛ vox hominis est verbū. ꝛ deceptio est verbū. octaua pars .i. vna de octo partibus orationis vocatur verbū.

Est tria vindicta libertas / vicio / virga vindictā.

¶ Hic autor dicit q̄ hoc nomen vindicta te. hꝫ tres significatiōes. nam vindicta .i. libertas. Ut iste consecutus est plenā vindictā .i. libertatē. ¶ Uindicta .i. vicio. Galterus in Alexandreidos pmo. Transfer vindictā donec ptranseat ira. vindictā .i. vitionē. Uindicta. dr̄ virga pastoris cū qua facit liberos qui fuerunt serui. alio nomine rudis dicitur.

Eua virago / minerua virago / viriqꝫ magistra virago

hoc nomē virago trib⁹ modis dicit. Nā eūa pma parens dicebat virago: q2 de viri costa acta ⁊ facta fuit. ¶ Virago. i. minerua dea sapiētie siue scientie dr esse. q2 de cerebro viri scz Jouis fingitur fuisse genita. ¶ Virago dr queli= bet vxor que dominat viro suo. Et dr virago quasi virū agens. i. ducens quo vult. ¶ Constructio patet.

vola le. **Est vola pars palme: pars ale: pars pedis yma.**

¶ Autor hic docet q hec vola le. equiuocat ad tria. nam est pars manus iux ta illud. In medio tendi vix est vola plena sciendi. ¶ Vola est pars ale p quā volucris volat. ¶ Vola. i. plāta. ⁊ sic yma pars pedis. i. latior ⁊ amplior (an glice the sole of the fothe)

vir viri **Vir notat etatē: sexum: sponsum: probitatem**

¶ hic autor docet q hoc nomen vir q̄ttuor significat. Primo etatē sicut ille q̄ puenit ad etatē virilem. Vn̄ Paulus. Cū erā paruulus. cū autē factus sum vir euacuabā ea q̄ erāt paruuli. Vir em̄ discernit sexū. vt cum dubiū sit an ille sit vir vel femina. Vir ponit pro marito: sed cū adiecto: vt vir illi⁹ vel meus aut tuus. ⁊c̄. Item vir significat virtuosum aut probū. vn̄ dicitur viriliter agite. i. virtuose. ⁊ similiter apud Pamphilū. Si locus affuerit te precor esse virū. i. p bum. ¶ Construe. Vir notat etatē. ⁊ sexum. ⁊ sponsum. ⁊ pbitatem.

vber ris. **Mammā: fertile: fertilitatē: denotat vber**

¶ hic docet autor q hoc nomen vber habet tres significatōes. Nam vber. i. mamma. Et dicuntur vbera quasi vuera q2 humida sunt ⁊ humore lactis in modū vuarū plena. Et declinat hoc vber eris. Et inde hic ⁊ hec ⁊ hoc vber ris. i. fertilis. ¶ Itē vber. i. ipa fertilitas. Unde vberosus a. um. i. abundās. et hec vbertas vbertatis. idest abundantia vel copia.
¶ Construe. Uber denotat mammā. vber denotat fertile ⁊ fertilitatē ⁊ com paratur vber vberior vberrimus.

vua ue. **Occultat os vuam: sic vinea fertilis vuam**

¶ Uua equiuocatur ad duo. Nā vua est pellicula pendens gutture hois (an glice a flape.) ¶ Uua est de qua vinū extrahitur (a grape:)
¶ Construe. Os occulit. i. tegit vuam. i. illam pelliculam carnis. ⁊ fertilis vi= nea occulit. i. tegit vuam. id est vuas.
¶ Et vinea est locus vel hortus in quo crescunt vites.

vsus sus. **Utilitas: exercitiū: mos dicitur vsus.**

¶ hic docet autor q hoc nomen vsus habet tres significatiōes. Primo. i. vtili tas. sic. Usui meo nō couenit ociari. i. vtilitati mee. ¶ Usus. i. exercitium. Usus promptū reddit artificē. Pamphilus. Usus ⁊ ars docuit qd sapit oīs homo idest exercitiū. Usus. i. mos vel consuetudo. vt iste habet bonū vsum regendi se. idest bonū morem vel sic. Bonus vsus est apud eos. i. bonus mos.
¶ Construe. Usus dicit vtilitas: ⁊ exercitiū: ⁊ mos. i. consuetudo.

Fert vacat indulget caret: et placet: et superundat. Uacat
Et vacat est vacuum pro cessat sepe repertum.

¶ Hic docet autor quod vacat habet plures significationes. Uacare id est indulgere. Ut iste vacat lectioni sue id est indulget.
Et vacare id est carere. et tunc construitur cum ablatiuo casu. vt Uaco nummis id est denarijs. Et Uacat. id est placet. vt Uacat michi scribere id est placet. et tunc est verbum impersonale.
¶ Et vacare id est superundare: sic vnda vacat pelagi. ibi vacat id est superundat. ¶ Et vacare id est esse vel fieri vacuum. hec est eius propria significatio et omnes alie significationes redolent illam. Cum enim dico vaco lectioni id est ac si dicerem. Uacuus sum ab alijs rebus et insisto lectioni.
¶ Et Uacare id est cessare. vt Iste vacat a studio. id est cessat.
¶ Construe. hoc verbum vacat fert. id est significat ista scilicet indulget. caret placet etc. et vacat est idem quod vacuum. et tunc est impersonale. vacat est repertum id est inuentum pro hoc verbo cessat. et est neutrum.

Qui valet ille potest et qui valet hic validus fit. valere

¶ Ualeo vales habet duas significationes. Primo valere posse. vt Iste valet facere. id est potest facere.
¶ Et valere id est validum esse vel fieri. Cum dicitur. Iste est valens homo. id est validus homo.
¶ Construe. Ille valet qui potest. et ille valet qui fit validus. ¶ Et hoc verbum salue comprehendit salue et aue.
¶ Item valeo vales aliquando est bene valere et aliquando perire. vt sicut patet inferius. Dicit aue veniens de iure valeque recedens. Hoc verbum salue comprehendit aueque valeque.

Ut discedenti sic dico vale morienti. vale lete.

¶ Dicit quod hoc verbum vale duobus modis accipitur. Aliquando vale dicitur amico recedenti a nobis vel absenti. vt quando aliquis recedit a nobis dicimus vale: vel valete. et etiam quando scribimus absenti dicimus in fine epistole vel littere Uale vel valete.
¶ Item vale dicitur alicui morienti qui numquam reuersurus est.
¶ Construe. Ut scilicet sicut ego dico discedenti scilicet amico vale. sic dico morienti Uale.

Accipitur valeat pro queat: et pereat. valeat.

¶ Hic autor dicit quod hoc verbum valeat potest sumi in bona significatione et in mala significatione. In bona quando accipitur tunc idem est quod queat. id est potens sit vel bene sit vt valeat amicus meus sine fine. id est potens sit et bene sit/sit sine fine.
¶ Et valeat id est pereat vel moriatur vt valeant inimici regis. id est pereant et moriantur in qua significatione fertur Ouidius posuisse ibi. vbi dicitur.
Et soror et coniunx valeant et consesa nutrix.
¶ Construe. Hoc verbum valeat accipitur pro queat et pereat.

Valitudo

Est infirme valitudo tua sic quoqꝫ firme.
A valeo ve vale dissimiliqꝫ modo.

¶ Hic autor dicit q̄ hec dictio valitudo duobus modis accipitur. nam valitudo .i. infirmitas siue periculū mortꝭ. ⁊ tūc deriuat̄ a valeo les. ꝑ perire vel mori. et valitudo incolumitas est vel sanitas. ⁊ tunc deriuatur de vale valete: siue de valeo les. s̄m q̄ accipitur in bona significatione scꝫ pro bene esse. ¶ Et nota q̄ in primo versu est pentimemeros impropriē tñ sumpta in ista syllaba de ista dictione valitudo q̄ corripitur ⁊ debet ꝑduci. ¶ Cōstrue. O infirme homo tua valitudo est .i. per periculū tuū vel infirmitas tua. ⁊ o firme .i. o sane hō tua valitudo est. scꝫ sanitas tua vel columitas siue ꝓsperitas. Et ista dictio valitudo est qđ đr ab isto verbo valeo ve ꝑ vel: vel ab isto verbo vale qđ est defectiuū s̄m quosdā. qꝫ ꝑ ⁊. ⁊ hoc dissimili modo dicitur. vt superius est edoctum Et coniugatur valeo es. est verbū aliquando pertinens ad preciū ⁊ tūc ꝯstruitur cum gtō precio non determinato. vt iste liber valet tāti quāti ꝯstitit Et cuꝫ accusatiuo. ablatiuo precij determinati. vt equus dñi mei valet viginti libras vel viginti libris. Tamē aliqñ cōstruitur cū actō precij determinati. sed hoc inoleuit ab vsu non arte. vt quantū valet liber. ⁊ sic est de consto stas. Vñ Ouid. de vetula. Non curat emi quantū tibi constat dūmodo lucretur.

verro ris.

Sub verro ris. tu quattuor equiuocabis.
Verro facit mundo / sulco quoqꝫ deleo furor.
Hinc quoqꝫ verriculū / sus ꝯres fur quoqꝫ verres

¶ Hic docet autor q̄ hoc verbuꝫ verro ris. habet quattuor significtiōes quas ꝓbant ab eo nomina deriuatiua. nam verro .i. mūdo as. ⁊ tūc deriuatur ab eo hoc verriculū li. (que scopa vel scoba dicitur illud quo domus scopatur vel purgatur anglice a besom). Item verriculum li. est genus rhetis aut nauis piscatoria. ¶ Item verro is .i. sulco as. Vñ in alexādreidos. decimo capitulo vltimo Verrimus equoreos fluctus ⁊c̄. id est sulcamus cū nauib⁹. ⁊ tūc ab eo dicitur (s̄m autorem istum) hic verres ris. Et est verres aper. a verrendo terrā dictus quia cū rostro verrit terrā. id est sulcat terrā. Deriuatur tñ s̄m Hugꝰ. verres a vires. quia magnas vires habet. ¶ Itē verro is .i. furor aris. aut deleo es. q̄a qui furatur delet res. id est tollit res ⁊ abigit ⁊ asportat eas. ⁊ tūc deriuatur ab eo. hic verres ris. proprium nomen cuiusdā viri (qui fuit magnus fur) et tunc ponitur pro quolibet fure. Vñ Matheus. Est verres vicio furti pollutus honesti. Expers ad raptū pronus: ad arma piger. ⁊ est zeuma a principio. ¶ Construe. Tu lector equiuocabis quattuor scꝫ significationes sub illo verbo verro ris. facit .i. signat mūdo as. qꝫ ꝑ ⁊. et sulco as. ⁊ deleo es. ⁊ furor aris. ¶ Et ista sunt quattuor verba ad q̄ equiuocatur verro ris. quoqꝫ pro certe. hinc id est ab illo verbo verro deriuatur ista. scꝫ hoc verriculū li. hic verres sus .i. existēs sus id est aper aut porcus cū testiculis (anglice a bare) quoqꝫ pro ⁊. et verres existens fur ⁊c̄. Ista superius exponuntur.

¶ Et coniugatur. Verro ris. verri aut versi versum versu in supino. Alexāder in doctrinali. Ri vel si verro versumqꝫ supino.

¶ Item alius docens quomodo ista tria verba verto / verro / et vergo faciunt preterita ⁊ supina.

¶ Ti verro. si vergo. ri. verrere vel si. His tribus est versum verbis cōmune supinū. hoc est verto tis. facit in preterito verti. vergo facit versi. verro facit ver

¶ Ui verto vergo ri. si verrere vel si. his tribus est versum verbis cōmune su=
pinū. Hoc est verto tis. facit in preterito verti. vergo facit versi. verto facit ver
ri aut versi. Et omnia ista tria verba faciunt in supinis versum versu. Alius di
xit. Uerto facit versum vergo verro quoqꝫ versum. Et est verro actiuum.

Designat video / visum habere vel uti. — **video es.**
Uisu cautelam pariterqꝫ probabile signat.

¶ Autor dicit ꝙ video es. ere. pluribus modis accipitur. Primo. i. habere visū aut uti visu. ¶ Et est differentia inter videre ⁊ aspicere ⁊ intueri. Uidimus natura: aspicimus volūtate: intuemur cura. Item videre, id est, cauere. vt visū est michi cauere sic facere. id est cautū est michi facere. Et in euangelio. Quid ad nos. tu videris. i. caueris. Et videre est probabiliter intelligere vel sentire. vt vides ne istā questionē. i. an ne ꝓbabiliter intelligis vel sentis. Nota ꝙ video es. est actiuū ⁊ corripit hanc syllabā vi. in ꝑsenti. sed eā producit in ꝑterito ꝑfecto Uñ. Multi videre que non licuere videre. primū videre est preteritū tempus ꝑfecti. ⁊ producit vi. i. viderūt. ⁊ vltimū videre est presens tēpus Infinitiui modi ⁊ corripit primā. ¶ Nota ꝙ ꝓm Catholicon (qui ꝑscianū allegat). Uidere a te. ibi videre est passiuum. vt Uideor esse bonus. ibi est deponens.
¶ Construe. Hoc verbū video designat. id est significat vel habere visum. vel vti visu. qꝫ pro ⁊: et significat cautelam ⁊ pariter probabile.

Me vocat acclamans / vocat hic me nomen adaptans. — **vocare**
Qui ciet ille vocat / et vocat ecclesia.

¶ Autor dicit ꝙ voco as. quattuor modis sumitur. Primo. i. clamare. sic ibi. Magister clamat pro te. Uocare id est imponere nomē puero: ad ostiū ecclesie sicut ibi. Uocabāt eū noīe patris sui zachariam. Uocare. i. ciere. qđ idē est ꝙ excitare / monere. sicut ibi. Uocauit eum ad iram. i. excitauit. Et vocare est aliquē vel aliquos ad bonā vitam excitare. sicut ecclesia vocat peccatores ad penitentiā. Et est voco as. actiuū. Construe. Aliquis vocat me. ⁊ ille ꝗ ciet. i. monet vel excitat vocat ⁊ ecclesia vocat. i. monet peccatores ad penitentiam vel surgere de pc̄tis per ꝯfessionē oris. ꝯtritionē cordis. ⁊ satisfactionē operis.

Nos exoptando / nos promittendo vouemus. — **voueo es.**
Non sua quisquis vouet / domino quoqꝫ nostra vouemus.

¶ Dicit ꝙ voueo hꝫ duas significationes. Primo. i. exoptare. Sicut ibi. voueo ꝙ fecissem librū. i. exopto vel desidero ꝙ fecissem. Item vouere. i. ꝓmittere. ibi Uouete dn̄o ⁊ reddite. i. ꝓmittite. Et componitur cū de / ⁊ dicitur deuoueo es. ere. i. valde vel deorsū vouere. vel maledicere: vel execrari. Et cōuoueo es. ere. id est simul vouere. Et reuoueo es. ere. i. iterū vouere. Et est voueo actiuū cū omnibus suis cōpositis. ⁊ corripit hanc syllabam vo. in presenti. ⁊ inde formatis ab eo. Sꝫ in preterito ꝑfecto producit vo. ⁊ in omnibus formatis ab eo. Et cōiugat voueo es. voui tum. ⁊c̄. ¶ Construe. Nos vouem⁹ exoptando. i. desi=

derando ⁊ nos vouemus promittendo. vt iste vouit ire ad sanctum Jacobum Deinde subiungit exempla dicens. Quisquis id est quilibet homo vouet id est desiderat non sua id est alia ꝙ sua. q pro ⁊. ⁊ vouemus domino. id est deo (qui solus est dominus vota nostra)

Uotum **Affectum promissa preces/votum tibi signat.**

¶ Autor docet q hoc nomen votū voti equiuocatur ad tria. Primo scz affect⁹ quod idem est quod desideriū. ¶ Et votum id est promissum. vt iste reddit votum suum. i. promissum. ⁊ tunc dicatur de voueo es ere. id est promittere.
¶ Item votum id est oratio/supplicatio/preces nostras. Sicut ibi. Uota nr̄a quesumus domine clementer exaudi. id est preces nostras.
¶ Construe. Uotum signat tibi affectum id est desiderium ⁊ promissa id est ꝓmissum ⁊ preces. i. precem. Numerus pro numero causa metri ponitur.

Uolo **Uult tria significat/placet ⁊ pretendit ⁊ optat.**

¶ Autor docet equiuocationē in isto verbo volo vis. habet tres significatiōes Primo. id est placet. vt volo michi bene hoc fieri. Et volo significat pretendere ⁊ tunc deriuatur ab eo. hic vultus tus. tui. i. facies: quia vultus pretendit volūtatem mentis hominis. Unde quidā. In vultu legitur hominis quid delatet intus. Et volo id est opto hoc fieri. Item a volo deriuatur volitus a. um. quo vocabulo vtuntur theologi nostri. Sic hoc est volitum a deo q ego sum id est deus vult q ego sum. Et est volo vis. lui. sine supino. anormalum neutrum.

vlciscor **Dicitur vlciscor hostes/vlciscor amicos.**
Exponit primum de nobis proqꝫ secundum.

¶ Autor dicit q hoc verbum vlciscor eris. vltus sum vlcisci. ſm quod dicitur vlciscor hostes id est capio vltionē. id est vindictam de hostib⁹. Sed vlciscor amicos exponitur accipio vltionem pro amicis. Similiter vlciscor vno modo exponitur. Accipio vltionem de te. Alio modo exponitur. accipio vltionem pro te. id est vindicabo te.
¶ Construe. Ulciscor hostes dicitur. ⁊ vlciscor amicos. De illa prepositio exponit primū scz vlciscor hostes. i. de hostibus. q pro ⁊. ista ꝓpositio pro exponit nobis secundum. scz vlciscor amicos. i. vlciscor pro amicis. Et est vlciscor verbum deponens. Jn̄ hic vltor oris. ⁊ hec vltrix tricis.
¶ Et potest declinari hic ⁊ hec ⁊ hoc vltrix tricis. media ꝓducta. Et vltus a. ū. quod sepe accipitur in significatione pessima. Unde inultus a. um. i. non vltus.

vbi **Est infinitum/reddit/rogat/est vbi postꝙ**

¶ Hic docet autor q hoc aduerbiū vbi sumitur aliquādo infinitiue. vt ibi. Est vbi dat munus vires amor. non enim dicit in quo loco hoc est sed infinitiue dicit ⁊c̄. Ponitur redditiue vel retributiue. vt ibi. Reddam tibi vbi potero. Item vbi ponit interrogatiue. Cū dico: vbi fuisti tamdiu. Et vbi id est postꝙ in qua significatione accipitur multociens apud poetas. Un̄ Ouidi⁹ in libro ꝯ metha. Sic vbi deseruit madidos circūfluus agros. vbi postꝙ. Salustius. vbi consulueris mature opus est facto. i. postꝙ accepisti consiliū opus est facere. Et itā

118

opus Boecius/de ꝯsolatione libro primo prosa prima. Que vbi poeticas musas nostro vidit assistentes thoro. vbi id est postq̄.
¶ Cōstrue. Hoc aduerbiū vbi est infinitiuū. id est tenetur infinitiue. ⁊ reddit. i. tenetur redditiue vel retributiue. rogat. i. tenetur interrogatiue. ⁊ vbi. i. postq̄.

Unde refert/querit/loca causam materiamq̄ — de aduer.

¶ Hic autor docet q̄ hoc aduerbiū vnde aliqn̄ tenetur relatiue. vt ego sum vnde ⁊ tu. Et vnde querit locum. Ut vnde venisti. i. de quibus locis venisti. Et vnde querit materiam de qua aliquid est factum. sic vnde est iste cutellus. id ē de qua materia est factus. scʒ vtrum de calibe aut de ferro
¶ Construe. Unde refert. i. tenetur relatiue. ⁊ vnde querit. q̄ ꝑ ⁊. materiā ⁊c̄.

Ut q̄tum/q̄uis/vt qualiter equiuocabis. Ut sicut postq̄/quatinus/ac vtinam.

¶ Autor hic ponit q̄ hec dictio vt multis modis accipit. Primo pro q̄tū. Heu me miserum vt pecco. id est q̄tuʒ pecco. Et vt. i. vtinam. Horaci⁹ in sermonib⁹ Jupiter vt pereat positum rubigine ferrum. i. o Jupiter vtinam ferrum positum rubigine pereat. Et vt id est q̄uis. Uñ Ouidi⁹. Protinus vt venias facta videbor anus. vt id est q̄uis: protinus id est cito. videbor id est apparebo. facta anus id est vetula. Et est versus in libro heroidum.
Ut id est qualiter. Ouidius pontho. Cernis vt ignauū corrūpūt ocia corpus vt capiant vicium ni moueātur aque. cernis id est an percipis. vt id est qualiter ocia corrūpunt ignauum corpus id est desidiosum. ⁊ pigrum corpus (anglice sla we) quasi diceret sicut aque capiunt vicium id est corrūpuntur ⁊ putrescūt nisi moueantur de vno loco ad alium sic ⁊c̄. Et bonum prouerbium ꝯtra istos qui nolunt labores propter segniciem ⁊ torporem. tales namq̄ solent ad pessima vicia declinari. Item vt ponitur pro sicut. Ouidi⁹. Ut redditq̄ ferat longū formica per agmen. Item vt id est postq̄ sicut hic. Istud quidam opus vt fecero volo ad aliud transferre. vt fecero ibi est postq̄ fecero. Item vt id est quatinus vt hic. Rogo te vt destines equum michi. vt ibi id est quatinus.
¶ Construe. Tu equiuocabis vt q̄tum ⁊ vt q̄uis. vt qualiter. vt sicut postq̄. vt quatinus. ac pro ⁊. et vtinam id est omnia ista significat vt sicut iam patet per exempla.

Quatinus ⁊ sicut/hec duo signat vti. — de ꝯiūctio.

¶ Hic autor dicit q̄ hec dictio vti duobus modis accipitur. Primo ꝑ quatin⁹ vt rogo te vti facias hoc. id est quatinus facias hoc. ¶ Et vti pro sicut sepius reperitur. Uñ Boecius vbi supra. Uestes erāt tenuissimis filis. i. subtili artificio indissolubili materia perfecte. quas vti post eadē prodente cognoui. suis manibus ipsa texuerat. ibi vti ponitur pro sicut ⁊ tūc corripit primā syllabā. Sʒ quando est infinitiuus modus de vtor vteris. producit primā. Uñ quidā ait. Uiuat seruus vti qui paruo nescit vti. id est ille viuat vti seruus. i. sicut seruus qui nescit vti paruo id est medietate diuiciarum. ¶ Construe. Hec coniunctio siue aduerbium vti significat hec duo. scʒ quatinus ⁊ sicut.

Nomen dic vtrum coniunctio dicitur vtrum.

¶ Hic docet autor q̄ hec dictio vtrum aliquando est nomē aliquādo ꝯiūctio

Est nomen qd sic dico. vtrū istorū duorum animalium currit.i.alterū istorum duum animaliū. aut hic. vtrū istorū duorum hominū video.i.vnū aut alterū istorum duorū hominū video. Et declinatur vter tra:truz.et est ppue distributiuū est ppue duorum: sicut ostendo duos currentes dr vterque istorum currit. Sed hoc nomen quilibet distribuit inter plures quam duos. sicut ostendo plures aut multos currentes dr quilibet istorum currit. ¶ Item vtrū est coniunctio: et tunc ponitur pro an: aut pro ve/qd idē est qd an: vt hic. Tu nescis vtrū stelle celi sint pares aut impares. Vñ in Anticlaudiano in primo folio primi libri statim post principium in scdo cap. Nec subitos animi motus perpessa repente. Currit ad hec opera sed adhuc deliberat vtrum Possit ad liberam rationis signatque pensat Ibi vtrum ponitur pro an possit.

Vel dicas etiam/vel saltem/vel quoque siue vtrū.

¶ Hic autor docet qd hec coniunctio vel habet tres significationes. Nam idem est qd etiam. vt hic. Qui virtute sua superat vel aromata cūcta. et est versus cuiusdam libri qui vocatur phisiologus. et sic debet construi. Omnipotēti deo referimus gratias qui superat virtute sua. vel id est etiam cuncta aromata id ē cunctas species pciosas. ¶ Item vel idem est qd saltē. vt ibi. Si nō suis vatibus credat vel gentilibus. vel ibi.i.saltē. ¶ Construe istū versum sic. Si iudeus non credat.i.nō velit credere suis vatibus.i.suis proprijs prophetis scz Esaye Hieremie et hmōi. de incarnatione xpi. credat vel gentilibus.i.saltem gentilibus scz vatibus.i.versibus sibile. que versus facit aperte loquētes de incarnatione Jesu xpi. ¶ Item vel idem est qd siue sicut cōmuniter accipitur. Ut Johannes vel hereticus scribit. ¶ Construe. O tu lector dicas hanc coniunctionē vel idē quod etiam. et dicas vel idē qd saltem. quoque pro et. et dicas vel idem qd siue.


Xantus **Xantus rex grecie fuerat/fluuius quoque troie.**

¶ Hic docet autor qd hoc nomē xantus habet duas significationes. nā xantus fuit proprium nomen cuiusdā regis qui quondā regnauit in creta insula occeani in qua saturnus primo regnauit. Vñ theodolus sic. Primus creteis saturnus venit ab oris. Que quidē insula nunc vocatur vulgo candy. ¶ Item xātus vocatur fluuius qui est in phrigia in qua sua fuit troia. ¶ Construe. Xantus fuerat rex crete. quoque pro et. et xantus est fluuius troie. id est frigie. Et est frigia pars asie. ¶ Nota hec creta crete (anglice chalke.)

xennia. **xennia premia/xennia munera: seu benefacta**

¶ Autor dicit qd hoc nomen xenniū hz tres significationes. nam xenniū.i.premiū. vt si xpm sequere tu xennia magna merere. ¶ Itē xenniū munus pruū vel quodcūque munus siue magnū siue paruū missuz alicui (a present) Vñ quidā. xennia que nobis mittis tibi multiplico bis. ¶ Item xenniū benefactū seu beneficium qd aliquis fecerit alicui. Vñ quidā. Do grates vobis ppter data xennia nobis.i. ppter bñficia vestra collata nobis. Xenniū dr a xenios qd ē peregrinū Et componitur xenniū cum ex/et dr exenniū. et dicit exenniū idem qd xennium ¶ Construe. Xennia sunt premia. et xennia sunt munera. et xennia sunt benefacta id est beneficia.

zelus **zelus amor tibi sit imitatio sit tibi zelus:**
zelus suspicio: zelus inuidia.



¶ Et zelus id est imitatio. Un̄ zelo zelas .i. imitari. id est sequi. vt ibi. Neq̃ zelaueris facientes iniquitatem. id est ne sequaris vel imiteris facientes iniquitatem. ¶ Itē zelus est suppositio habita de forma mulieris aut viri. Et dicit (anglice ielyons) sicut aliquis habet zelum super vxorem suam vel aliam mulierem credens eam adulterari propter formam aut pulchritudinem suam. ¶ Item zelus id est inuidia. sic ibi. zelus dom⁹ tue comedit me. id est inuidia quam habui propter prosperitatem dom⁹ tue. comedit me. id est corrosit me aut torquebat me. id est cor meum.

Et sic finito libro equiuocorum.

Equiuoca legi/ que metri lege coegi.
Et libet illa legi/ pueris quibus ipsa legi.

¶ Finito libro equiuocorum siue equiuocationū: autor hic istos duos versus annectit. In quib⁹ duo dicit. Primo q̄ ipse inuenit dictiōes istas equiuocas (taliter qualiter hic ponuntur) in libris autenticis quos perlegit. ⁊ hoc ibi. Equiuoca legi. ⁊ per hoc significat librum suū autenticandum. ¶ Secundo dicit se compilasse illum tractatum pro pueris ⁊ non pro prouectis. ⁊ hoc ibi cum dicit. Et libet illa legi ⁊c̄. Et in hoc excusat se de humilitate stili. quo librum suum conscripsit ad vtilitatem precipue puerorum. ¶ Construe. Ego legi equiuoca: hec. scȝ in libris Autorum. que scȝ equiuoca coegi id est coniunxi vel collegi. lege. i: cū lege metri. Et libet id est vel placet. illa scȝ equiuoca legi id est perlegi. vel doceri pueris id est nouellis discipulis. quibus id est pro quibus. vel ad quorum vtilitatem. ego peregi id est feci ipsa scȝ equiuoca ⁊c̄.

Finito [illegible] iste liber

hec [illegible] for [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Fausti poete laureati ac regii. Ad sanctam eucharistiam Carmen.

O Pia que sacrum libamina pascitis agnũ:
O pura indigna victima cesa manu.
Ad tua confugio vitali mistica gustu:
Ceruus vt ad vitreas currit anhelus aquas.
Est mea confiteoꝛ vario mens icta reatu
Penitet admissi noxia coꝛda mali.
Intima discruciant sensus toꝛmenta pꝛofũdos
Et fluit in mestos sedula gutta sinus.
Labitur aeria pꝛeceps ceu flumen ab alpe
Et fel pꝛeterito nectare maius adest.
Confessas ha terge notas: animãqꝫ pꝛecantem
Perpetuo pascas hostia vera cibo.
Que tua sincera libant sacra coꝛpoꝛa mente
Oꝛa queunt tristi nulla perire fame.
Si mea non tanti sunt tecta capacia regis
Candidus attrito pectoꝛe supplet amoꝛ
Ipse adamas durus solo fit sanguine mollis
Flecteris a pꝛono mitioꝛ oꝛe deus.

Eiusdem de virgine chꝛistum crucifixum in gremio suo deflente Carmen.

HEu heu q̃ summo genitrix astricta doloꝛe
Ecce fouet mesto pignoꝛa cesa sinu.
Non sic phebeo confossos vulnere natos

Aspersit miseris fletibus orba parens.
Nec sic heliades: si vera est fama sorores
Defleruntfratris fata cruenta sui.
Ut pia deplorat laceratis virgo capillis
Plangit & insana pectora nuda manu.
Qualis & ogygio menas stimulata furore
Attonita immensis questubus astra replet
Interdum exhausta est defesso lingua palato
Et torpet raucomutus in ore sonus
Siccaqz ↄsūptis modo lumina deserit humor.
Ammissisqz cadens sensibus ille riget
Phydiaca celata manu ceu marmora friget
Ammissisqz cadens sensibus illa riget
Usqz adeo caros dolor implacabilis artus
Imaqz sollicitus congelat ossa pauor
Ut redeunt solite releuata in corpora vires
Lamentū infelix maius adorsa nouat.
Uix etiam gladio precordia sentit acuto
Et nullo tantum pectore vulnus hyat.
Infantem cupidis christū cū stringeret vlnis
Hec sunt fatidico vaticinata sene
At non crudelis tam vastus vulneris ictus
Nec sunt venturi credita damna mali
Quis xpm humana trutinandū lance putasset.
Sed reus indigno iudice factus obit
Corpora non cernis multo percussa flagello
Queqz sacrum penetrant spinea serta caput

Non sublime vides quo fixa est victima lignum
Quinaqꝫ iudea vulnera facta manu
Impia quin etiam perpessum funera xp̄m
Concussa insuetis motibus arua docēt
Cecus & amissa phebeus lampade vult⁹
Pallidaqꝫ obscuris cynthia vecta rotis
Atqꝫ chaos metuens iterū natura vetustum
Monstraqꝫ sunt tantum testificata nefas
Iure igitur sparsa est materno ex ore querela
Iure rigat tristes plurima gutta sinus
Nos quoqꝫ funerea succincti veste gemamus
Atqꝫ humili tutam mente rogemus opem
Scilicet vt nostro letalem ex corpore pestem
Et quodcūqꝫ fuget virgo benigna malum.
Nam nisi nos solita miseri pietate fruamur
Nullus ab instanti peste superstes erit

Finis.

Liber equiuocoꝝ quorūdā vocabuloꝝ scđm ordinē alphabeti/ vnacū interpretatione Anglice lingue explicit. Adiūcto carmine de sancta eucharistia/ & de virgine xp̄m crucifixum in gremio suo deflente. Impressus London̄. per winandū de worde. Anno dn̄i. M.cccccii nona die mensis Decembris.

excepit illū in domū suā. ¶ Et idem est qđ afferre. Ut iste est exceptus in altū. i. est elatus: id est sursum portatus in altum. ¶ Excipio excipis cepi. pere. exceptum tu. in supinis verbū actiuū: componit de ex/ ꝛ capio capis.

Denotat expedio prodest decet ꝛ manifestat — Expedio.

¶ hic docet autor ꝙ expedire idem est quod prodesse: vt ibi. Expedit vt vnus moriatur pro populo. ¶ Expedit. i. decet vt hic. Expedit insignem ꝓmeruisse virum: expedit. i. decet. ¶ Item expedit. i. manifestat: vt expediuit se illis id est manifestauit. Satis facilis est littera. ¶ Expedio componit de ex ꝛ hec pedica quod est quoddā instrumentū capiendi pedes animaliū.

Venditor exponit merces probleuma magister — Expono

¶ hic autor docet ꝙ expono idem est qđ monstrare (anglice to shewe or to ley forth) sicut mercatores monstrant res suas quas vendere volunt. ¶ Item exponere id est glosare vel proponere sicut magister exponit id est glosat: vel proponit aliquod probleuma id est difficilem questionem. ¶ Construe. Venditor id est mercator exponit id est monstrat merces suas quas vult vendere ꝛ magister exponit probleuma id est difficilem questionem. ¶ Et dicitur probleuma primus fructus argenti. Et componitur de prothos qđ est primuʒ et lema qđ est sumptio vel fructus: quasi prima sumptio vel primus fructus argenti. Et exponere verbum actiuū: ꝛ cōponit de ex/ ꝛ pono nis. sui. ere.

Ergo pro causa finem seruabit acutum
Est illatiuum cum primum seruat acutum — Ergo

¶ hic autor docet ꝙ hec dictio ergo quando significat causam acuit vltimaʒ syllabā: ꝛ si inueniatur aliter ꝙ̄ causatiue: tunc grauat vltimā ꝛ acuit primam iuxta regulas traditas de accentu. ¶ Et nota ꝙ apud antiquos declinabat hoc ergum ergi ergo. Unde Uirgilius eneid. Illius ergo veni. i. ꝓpter cām vel pro causa illius veni. Itē Grecismus cap. de tropi. in fine. Si qđ dicat ergo sui sed alius ibi ergo. i. causa. ¶ Construe. Ergo ꝑ causa: i. qñ ponit causatiue ꝛc.

Et tria significat/ exponit/ copulat/ equat/ — Et

¶ hic docet autor ꝙ ista cōiunctio et/ aliqñ ponit expositiue pro id est. Unde Ouidiꝰ. hanc deꝰ ꝛ melior litē natura dirimit. Sic cōstrue versū hunc. Deꝰ et melior natura (hoc est) deꝰ. i. melior natura: dirimit. i. amouit hanc litem. i. discordiā: ꝛ sic tenet ibi. Et alibi. Judica me deꝰ ꝛ discerne causam meā. discerne tenet ibi expositiue. Itē ꝛ aliqñ tenet equatiue. i. vnitiue: vt corpꝰ ꝛ ala sunt vnus hō: ita scʒ ꝙ corpus vnitū anime ꝛ ala corpori. ¶ Construe. Et ista coniunctio significat tria. i. ꝙ pōt poni tripliciter: exponit. i. ponit expositiue. copulat id est ponit copulatiue: equat. i. ponit equatiue vel vnitiue ꝛc.

Falce puto vineta/ meto sata/ tondeo prata — Falx cis

¶ Finita illa parte in qua tractauit autor de equiuocis incipientibꝰ ab e/ hic

dd.iij.

This duplicate leaf of sig. dd iij differs in some respect from the other.

ꝓsequit̃ tractando de dictionib⁹ incipientibus ab F. Et primo de hac dictiõe hec falx cis. Dicens q̃ habet tres significatiões. Nã hec falx falcis est illud instrumentũ quo vindemiatores abscindunt vites vel putant .i. amputant vites (anglice a vyncknyfe). ❡ Et est vindemiare .i. vites amputare vel vuã vinea auferre. ❡ Itẽ hec falx cis est instrumẽtũ quo messores metũt segetes (anglice a hoke or a sykyll). ❡ Falx est instrumentũ quo prata tondent (anglice a sythe) Falx cis. de hec filix filicis: ꝛ est filix quedã herba (anglice ferne) qꝛ primo filix scindebat cũ falce. ❡ Construe. Ego puto id est amputo vineta idest vites cũ falce id est cũ tali instrumento: ꝛ ego meto lata id est segetes cum falce: ꝛ ego tondeo prata cũ falce.

Flamen **Hoc flamen flatus / hic flamen presbiter illud**
Dicitur a flo flas / sed a filo dicitur ille

❡ Autor hic docet q̃ flamen est equiuocũ ad duo. Primo .i. hic flatus tus. tui. ꝛ declinat̃ hoc flamen flaminis. ꝛ dr̃ de flo flas flare flaui. ❡ Itẽ flamẽ inis. dicebat̃ sacerdos Iouis: ꝛ tunc est mascu. generis. Et deriuat̃ de flo as. aui. are. ꝛ tunc dicit̃ flamen quasi filamen: qꝛ reliquias a collo pendentes ꝑ fila portabãt. ❡ Construe. Hoc flamen dr̃ flatus. hic flamen inis. dr̃ p̃sbyter iouis apd̃ gentiles. Illud scʒ flamen qd̃ est neutri generis dr̃ a flo flas flare. Sed hic flamen dr̃ a flo flas .i. fila deducere: vel a filum li. anglice a threde.

Faselus **Significata faselus habet duo cymba / legumen**

❡ Hic docet autor q̃ faselus significat duo nã idẽ est qd̃ cymba bo (anglice a cogbote) .i. parua nauicula. Unde Lucanus. Tenui suffulti facelo .i. cymba. ❡ Faselus vocat̃ quoddã legumẽ .i. tale semẽ de quo fit legumen. Uirgilius Si vero vitia ferres tenuẽq; faselum. ❡ Nota q̃ faselus ꝓ cymba femi. gñis dr̃ a phase qd̃ est trãsitus. Sed pro legumine est masc. generis: ꝛ dr̃ a phagyn quod est comedere. ❡ Construe. Hoc nomẽ faselus hʒ duo significata .i. duas significationes: duo dico sunt hec scʒ cymba ꝛ legumen. ❡ Hoc legumẽ inis. ꝛ hoc legũ gi. deriuat̃ a lego gis: ꝛ est semen cuiuslibʒ herbe de quo fit potagiũ vt pisa / faba / vicia / auena. Nã antiqui legebant .i. colligebãt semina meliora / vt potagiũ facerent. Hec fasela le. est quedã insula grecie: ꝛ genus leguminis maxime abundant in eadẽ. Et inde hoc faselariũ rij .i. herba faseli. Et põt scribi per ph / vel f in quod cõsideratur origo vel reductio ad latinum.

Fatum ti **Constellatio mors parce responsa deorum**
Euentus rerum signantur nomine fatum

❡ Hic docet autor q̃ fatũ ti. habet duas significationes. Fatũ .i. constellatio vnde dicit̃. Fata regunt hoies id est cõstellationes. Et fatũ id est mors vt ibi. Quos tangit vicinia fati .i. mortis. Et fata .i. parce. arũ: vt Promisere tibi fata ruinã. fata id est parce: ꝛ est responsa deorũ. Hec parca ce. Ouidius. Esse quoq; in fatum reminiscitur affari tempus. In fatum id est responsum per deos. Et fatum idest euẽtus rerum. ❡ Constellatio mors est ꝛc. signant̃ in hoc nomine hoc fatum fati.